



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Lugduni, 1652-1663**

Caput 2. Circa Diuortium?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

## D V B I V M L X V I .

*An sponsis de futuro liceat, delectatio  
capitata ex future copula con-  
ingalis cogitatione?*

**N**on est mortalis delectatio appetitus sensitui, que conurgit ex cogitatione copula habenda tempore coniugij, dummodo absit periculū pollutionis, & confessus in aliquod mortale piaculum. Quia ea delectatio est de obiecto licito; talis autem est delectatio, quale obiectum, teste Arist. 3. Ethic. Sic Victor. quem refert, ac sequitur Medina 1. 2. 9. 74. a. 8. dub. 3. Zumel. ibid. 4. d. 3. & quidam Neotericus, vt refert Cordu. in gg. L. 1. q. 2. 3. dub. 13. ipseque clare sentit probabilem esse sententiam. Nam oppositam tantum appellat tuitiorem, & foret veriore. Adit autem Zumel, veniale esse sic delectari.

**M**ortalis est delectatio huiusmodi. Quia ille actus appetitus sensitui semper fertur in copulam praesentem ut præsentem, cum praefenti commotione, ad illamque ordinatum, & est quædam ipsius inchoatio: At copula praefens solis coniugatis est licita. Porro a fortiori mortale est delectari in appetitu sensitui de copula cogitata sub conditione, si adesset matrimonium. Quia quamvis consensus, & desiderium ferantur in actum sub conditione, & proinde licitum sit in eum actum consentire, illumque desiderare sub conditione matrimonij: at delectatio illa praefens appetitus sensitui non potest ferri in actum sub conditione, sed in actu præsentem, & ut talem apprehendatur. Ita Caiet. Opus. 10. 1. tr. 14. de delect. moro. dub. 1. Manu. 10. 1. sum. c. 2. 12. n. 3. Vega to. i. sum. cap. 8. 1. cap. 2. Aramil. vi. Delectatio nu. 4. Nauar. sum. c. 16. n. 9. Graf. p. 1. decis. l. 2. c. 7. 8. n. 9. Sanch. l. 9. d. 4. n. 4. & 5. &c. alij.

**I**dem censeo. Quia sicut externa delectatio venera, quam confans matrimonium non honestauerit, mortalis erit: ita interna, que eiusdem rationis est. Nec eius malitia, aut bonitas estimanda sunt ex copula futura, sed ex præsentis, ad quam tendit. Hæc circa debitum matrimonij. Plura alia digesseram ad hanc materiam necessaria Confessariis: quæ quidem à Tiraquelle, Thoma Sancio, Diana, Leandro, Ledesma, reliquisque Doctoribus de Sacramento Matrimonij scribitibus obertum endata lubens omittit. Ne questiones, que vix modestis terminis explicari valent, meo in volumine forte aures rursum offendant.



## C A P V T II.

## Circa Diuortium

## D V B I V M L X V I I .

*An uxor possit à marito adultero separari?*

**V**idimus lib. 25. sect. 1. adulterium vxoris, nonnulla appone.

sit ab ea diuerte quoad thorū & cohabitatem. Quia Christus Dominus Mat. 19 fatu: *Quicumque dimiserit vxorem suam, excepta fornicatione causa, &c. & quia id Cap. si- gnificasti. Cap. Gaudemus, cap. Ex literis, de diu- soris præscribitur. Omnibus Doctoribus at- stantibus propositionem hanc esse certam de fide. Lege Basilium 1. 9. c. 16. a. n. 3. Bonac. q. 4. de matr. p. 1. m. 2. Coninch. d. 35. sub. 1. Quæsi- rim vero, num etiam vxor possit ab adultero marito quoad thorum separari?*

**M**inime potest. Quia Christus Dominus Mat. 5. & 19. legem hanc diuortij explicans <sup>Vxori statu non pote.</sup> innuit vxorem & maritum quoad haud esse pares, dum de solis viris gesserit men- titionem. Et eodem pacte eorum solummodo me- minere textus memorati. Nec est similis ratio, ut vxor valeat à viro adultero diuertire: quoniam vxoris adulterium infert iniuriam pro- prier eius infamiam, & proliis incertitudinem. Et quia saltim coniugatio iam inualuit, ut diuortium non concedatur vxoribus ob viri adul- terium. Ut testatur D. Basil. in his Canonib. can. 9. & 21. Sic Caletan. ad illud Mat. 19. *Quicumque dimiserit vxorem. Citat D. Ambrosium. in i. Corinth. 7.*

**P**rotest omnino: coniuges enim sunt pares in causa diuortij ex adulterio: & sicut maritus in- nocens potest ab adulteria vxore diuertire: ita & contra vxor innocens potest ab adulterio se- iugis marito. Quia penæ legales no ita strictum ponderant culparum quantitatam, ob quas imponuntur, sed fatis est, si in viroque delicto inueniatur penæ infligenda causa sufficiens: Ut omnia homicidia capitis penæ plectuntur inter quæ aliqua esse grauiora, nemo dubitat. Cum ergo fidei fractio, quæ est causa diuortij in adulterio tam viri, quam vxoris: reperiatur, ob virumque concessum est diuortium: licet hoc maiorem iniuriam matrimonio irrogat. Ita D. Tho. in 3. dist. 35. q. vii. a. 4. Habetur ex- preßè c. fin. 32. 2. q. 5. &c. Placit. 3. 2. q. 7. Magist. in 4. dist. 45. Albert. Mag. D. Bonav. Durand. Ri- char. Sotus. Palud. & alij vsque ad 68. Doctores quos refert, ac sequitur Sanch. l. 10. d. 3. n. 6. Bas- il. l. 9. c. 16. n. 4. Hurtad. d. 11. diffic. 2. n. 6. Bonac. q. 4. p. 1. m. 6. &c. alij

**E**quidem sententiam Caletani proflus fal- sam ac temerariam esse affirmo: contraria sententia, enim definit Innocens, I. Epist. 3. ad Exuperi. & refertur c. fin. 32. q. 5. &c. Concil. Milevita. can. 17. & refertur c. Placit. 32. q. 7. Porro Sapiens ipse Caletanus mutauit consilium to. 1. Opus. tr. 29. de reddit. Debiri inter coniuges, altero adulterante. Vnde nostrum dubium dissoluitur, cum proba- bilis nullatenus sit prima sententia.

## D V B I V M L X V I I I .

*An maritus deserens uxorem adulteram, quoad thorū & habitationem: possit eam quoad curam, ac disciplinam deserere?*

**V**ix ab adulterante recedat vxore quoad thorū & habitationem, haud potest recedere ab eius cura, ac disciplina, nisi post penitentiam. Septenni ab ipsa paracta. Quia Stephanus V. c. Admonere, 33. q. 2. profatur. Post Septem annos penitentia peracta, dimittere eam potest.

## Sectio II. Dubia, De Diuortio.

171

*si volueris. Sic Goffred. & Rosens. ad cap. illud.*

*propterea eos referi ibi Archidiac. n. 3.*

<sup>218</sup> *Potest ab uxoris cura, ac disciplina mox omnino recedere hand expectata septenni penitentia. Quia indistincte Christus Dominus ait licet viro ab adultera separari. Mat. 5. 19.*

*Ita Archidiac. citat. & Bellam. ad c. illud n. 2. referentes Hugonem, & Laurentium. Sanch. l. 10.*

*4. 3. n. 3.*

<sup>219</sup> *Hanc sententiam veram esse, primamque omnino improbadam iudico. Quia Stephanus man. festa a minori ad maius argumentatur hoc modo: si post septennem penitentiam poterat vxor adultera omnino dimitti: à fortiori ante illam.*

### DUBIVM LXIX.

*An diuortium ob adulterium coniugis licet, sum sit solum ex iure diuino possum?*

<sup>220</sup> *Solum est licitum ex iure diuino possum, non ex iure naturali. Quia diuortium ratione adulterij nunguam ante Euangelicam legem immoratur: nullum enim in veteri testamento huius legis vestigiū immunitur. Sed adulterij pena fuit lapidati, adulterio autem nulla est iudicata pena. At si esset ex lege naturae suiller in aliquo veteris Testamenti loco declaratum: ut multa alia non æque necessaria sunt imbi expressa. Sic Castro l. 2. de lege p. 4.*

<sup>221</sup> *Licitum est diuortium non solum ex iure diuino possum, sed etiam ex matrimonij natura, & ita ex iure naturali. Quia ex contractus matrimonij natura oritur, ut coniuges mutuam sibi servent fidem, quoad thorum, habitacionem, ac reliqua ministeria teneantur: At ipsum summetus natura dicitur: ut frangenti fidem fides non sit (eruanda. c. Pernent. el. 2. de iure naturali. cap. si infidelis 2. 8. Ergo ex vi matrimonij, & ipso natura iure coniux cui alter adulterans fidem fregit, minime teneatur illi fidem settare, sed possit ab ipso dittere. Ita Sotus in 4. diff. 36. quæs. 2. n. 1. concl. vni. Henriquez l. 11. cap. 17. numeri. & Petr. de Ledes. quæs. 62. art. 1. concl. 1. Basili. Ochaga. Hurtad. quos citat, & sequitur Leand. tr. 9. d. 26. q. 5. Sanch. l. 10. d. 3. num. 4.*

<sup>222</sup> *Hanc sententiam censeo veriorem esse. Quia contractus promissione includens non obligat suapte natura, rebus notabiliter mortatis, ut accidit, coniuge altero adulterante. Quia ratio textus ap. Quemadmodum de iure iur. virtut ad probandum, sponsalia dirimi, ob alterius sponsi fornicationem. Cum ergo matrimonij contractus claudat sponsionem redditio de debiti, ac munda habitacionis, altero coniuge in adulterium lapsu, eximetur innocentis ex vi natura ipsius.*

*met contractus ab huimodi obligatione.*

*\*\**

*Ezob. & Mend. Theol. Moral. Tom. III. P. II.*

### DUBIVM LXX

*An tactus impudicit, ut amplexus, oscula, &c. quæ uxor cum alieno habent, praebant iustum diuortij perpetui causam?*

<sup>223</sup> *Vt iustum praebent causam. Quia iniuria irrogata viro ob adulterium in causa est, ut soli viro competit ad diuortium, dotemque amittendam accusatio: sed aliquando maior iniuria irrogatur viro per osculum, ut si publicum sit, adulterium vero occultum: Ergo osculum sufficiet: nam ubi eadem est ratio idem est ius. Et quia feendum amittitur ob iniuriam illatam Domino tunc piter eius vxorem tangendo l. 1. §. 1. Quibus modis feendum amittitur. At maiori afficit iniuria maritum vxor turpè tactus admittens. Sic Barth. Lupus, Castillo, Bern. Diaz Crotus, Carrer, Catellus, Lara, & alij apud Sancium citandum.*

<sup>224</sup> *Non praebet causam iusta. Quia diuortij fundatum, ac radix est carnis in aliam diuisionem: quæ in osculis, aliisque tactibus minime reputatur. Præterea quia pena imponenda non sunt nisi in casibus iure expressis. Autem de eligendo secundo numeris. §. Cum igitur corolar. 1. Cum igitur in iure solum cœcedatur diuortium, dosque amittitur ob adulterium, extendendum non est ad oscula, & amplexus, eo vel maxime quod si extensio fieret de adulterio ad osculum, esset arguere de maiori ad minus, quod penalibus absurdissimum esse quis non videat. Ita Cottar. 4. Decret. p. 2. c. 7. §. 6. n. 5. Sotus in 4. diff. 36. q. vni. n. 1. Angl. p. 1. de marr. q. 9. de diuortia. 1. difficult. 1. Navar. Rubr. de diu. & alij plures refert, ac sequitur Sanch. l. 10. d. 4. n. 12. Basil. l. 9. c. i. 6. n. 5. Palaus. d. 3. p. 6. 6. n. 1. Perez de marr. d. 5. 6. s. 3. 2. n. 8. Diana p. 9. tr. 8. resol. 3. 8.*

<sup>225</sup> *Mibi quidem verissimum est, solum tactus quantumvis impudicos, ac animo ad adulterium pertinueri habitos, eo non fecuto, nec diuortio, ac dotis amissione iustum causam exhibete. Quia vel certum est non adfuisse adulterium, & tunc non est, cuius pena ordinaria adulterij, quæ est diuortium, ac dotis amissio imponatur vel id non constat: & tunc cum requiratur ad hoc præsumptio violenta cap. Literis, de præsumpt. non debet imponi pena ordinaria ob tacitus huiusmodi, non intercedentibus aliis coniecuris, quæ violentam præsumptionem inducunt.*

### DUBIVM LXXI

*An pollutio habita cum uxore dissentiente, sit iusta diuortij causa?*

<sup>226</sup> *Pollutio cum dissentiente uxore extra pudicit. <sup>227</sup> *Etsi iusta alio nomine contra naturam peccatum est diuortij causa: sed illud est piaculum contra naturam: Ergo. Sic Albert. referens Laurentium dictior. lit. M. v. Matrimonium. Abul. ad. 1. 9. Mat. q. 6. 5. D. Antonin. 3. p. tit. 2. c. 1. 2. §. 5. S. v. Diuortij. n. 1. Barth. à Ledel. dub. 6. 1. concl. 1. Palud. Castro, Vigner. Petr. de Soto, & alij, apud Sancium l. 10. d. 4. n. 7. Haudest iusta diuortij causa. Quia vir non diu-**

<sup>228</sup> *dit*

Non est iusta sit hoc casu carnem suam in plures, sed in  
causa diuortij.

227 Quid autem  
Enim  
Ego quidem affirmo, id non esse causam  
perpetui diuortij. Quia si vir desistere nollet,  
posset uxori ratione periculi animæ, ne trahatur  
ad conniendum illo in scelere, à viro diuortere.  
At diuortium illud non erit perpetuum, sed tantum ad tempus, dum vir non re-  
sipiscit. Quia non qualitas criminis est iusta  
duo iusta, sed induxit ad peccandum.  
Quare tantum durabit diuortium, donec in-  
dutio illa cesseret.

## DVBIVM LXXII.

An pollutione extraordinaria habita cum ter-  
tia alia persona non uxore, sit iusta cau-  
sa diuortij?

228 Et si in alia causa. Et quidem. Quia est grauius peccatum, quia  
adulterium. Et quia legitimatur matrimonium,  
cum prodigium femei viri debitum. Sic Lau-  
rent. c. Omnes causationes 32. q. 7. Alberic. Di-  
Etionar. lit. M. verb. Matrimonium 8. 5. 1. Abul.  
Mat. 19. q. 7. Gaeta repetit. c. Ad limina. 30. q. 1.  
§. 4. n. 21. S. v. Diuortium. n. 3.

229 Non est causa. Minime est iusta diuortij occasio. Quia non  
integre, ac consummatæ matrimonium legitur  
iusta.

230 Non est causa. Nil confert ad diuortium, illam extra ordi-  
nariam pollutionem grauius esse peccatum.  
Cum odium Dei ac blasphemia longè graui-  
sa sint adulterio, & ad diuortium non sufficiat.  
Sed attendendum est, dum repugnat fidei ma-  
trimoniij, illudque offendat. Unde secundam  
sententiam merito preferendam duxi.

## DVBIVM LXXIII.

An coniugii Sodomia sufficiens causa sit ad  
diuortium gerendum?

231 Causa suffi-  
cientia est. Et causa sufficiens. Quia cum matrimo-  
nium ed. tendat, vt efficiantur coniuges  
una caro, iuxta illud: Et erunt duo in carne una  
Gen. 2. violat perfectè ille coniux, consumma-  
tæ matrimonij fidem carnem suam in aliâ, vel in aliâ dividens: indequæ oritur ius di-  
uortij. Violanti enim perfectè matrimonij fidem suam dividendo carnem, alter non tene-  
tur seruare fidem coabitando, aut debitum ei reddendo. Cum autem diuiso hæc carnis per-  
fectè reperiatur in omni concubitu sive natu-  
rali, sive sodomitico, hinc est, vt viæque suf-  
ficienter diuortio causam exhibeat; Sie

D. Tho. in 4. d. 3. q. 2. n. 1. ad 4. D. Bonav.  
ibid. quæst. 1. Durand. q. 1. art. 1. Richard. & Palud.  
ibid. Sotus d. 3. q. 2. n. 1. art. 1. Henr. 1. 1. c. 8.  
num. 13. Sanch. 1. 10. d. 4. n. 3. Petr. de Ledes. quæst.  
6. 2. a. i. dub. 4. Hurtad. d. 1. diff. 2. n. 7. Fillius. tr.  
10. p. 1. n. 3. 70. Basil. 1. 9. c. 16. n. 5.

Non est sufficiens causa. Quia ob solam  
causam adulterij Christus Dominus diuortium  
permisit Mat. 5. & 19. Sodomia vero coniugati,  
vel coniugatae haud est propriæ adulterium.

Et in peccatis benignior est interpretatio acci-  
pienda Reg. In penis, de reg. iur. in 6. Et quia  
coniuges sola legitima membra, & eorum  
volum necessarium ad generationem videtur  
mutua fide sibi ipsis obligare ac proinde sodo-  
miticus vultus saltenti patiente, cum non obstat  
vultu naturali necessario ad generationem, non  
videtur huic fidei nocere. Non ergo est legi-  
tima diuortij causa. Ita Florian. cap. Meritis.  
Ludou. Roman. Rubri. ff. solut. matrimon. n. 20.  
Glos. c. Omnes causationes. v. Sodomita, 12. quæst.  
1. Cardin. cap. Maritus. Aluar. Pelagi. de plan-  
etu Eccl. 2. art. 2. Abul. ad capit. 5. Mat.  
quæst. 2. 3. Palac. in 4. d. 27. dub. 3. & alij.

Non audeo a priori sententia recedere, quia  
video communis consensu à Doctoribus appro-  
bari, quidquid sit de ratione fundamentali qua-  
nitutis & speculat suis considerationibus.

## DVBIVM LXXIV.

An Sodomia passiva sit iustum diuortij  
causam?

232 Non est iustum diuortij causam, quando sodomia est  
actua, vt si vir sodomitæ feminam au-  
tem cognoscat: secus si vir, aut vix copulat  
sodomitac patientur. Quia patiens non emi-  
tit semen, nec vas alteri coniugi debitum tra-  
dit, nec generationis membro abutitur. Sie  
aliqui quos proesso nomine, memorat Verac.  
p. 3. spec. a. 1. concl. 2.

Dat equidem iustum diuortij causam. Quia  
caro coniugis patientis perfectè in aliâ agit. Dat quidem  
ti. dividitur: sive fides matrimonij violatur:  
Ita Abul. ad c. 19. Mat. q. 6. 8. Verac. cit. Rosel.  
v. Matrimonium. 7. n. 1. Asten. Vincent. D. An-  
tonin. Barbat. Monald. Angl. Vega, quos referit  
Sanch. 1. 10. d. 4. n. 3. & sequitur n. 4.

Idem aliter. Quia diuiso hæc carnis per-  
fectè in omni concubitu sive naturali, sive fo-  
dem reperitur. Quare Christus Dominus  
Mat. 5. & 19. declarans diuortium fornicatio-  
nis ratione licet, nomine fornicationis omnem  
illū concubitum, per quem caro coniugis diu-  
ditur in aliū inclusit. Quam ratione haud ob-  
scure significavit D. Hieronymus in c. 19. Mat.  
explicans, quoniammodo licet ratione fornicatio-  
nis vxore dimittere, & referit c. Duxi Do-  
minus, 32. q. 1. ibi: Cœ illa una carnem in aliâ di-  
uiserit, & se fornicationem à marito separauerit,  
non debet teneri. Idem dixerit de sodomia inter  
duas feminas commissa, quam esse veram so-  
domiam D. Tho. testatur 2. 2. q. 15. 4. a. 1. & pu-  
niri poena ordinaria, quando instrumento  
aliquo

aliquo medio perpetratur docet Anton. Gomez  
1.8c. Tamis. n. 34.

D V B I V M LXXV.

*An vir patens Sodomiam perfectam cum uxore  
inuita exhibeat, iustum perpen- di-  
uortij causam?*

<sup>137</sup> *E*xhibet quidem. *Quia omne peccatum  
contra naturam dat legitimam diuortio  
causam: At hoc crimen contra naturam est,  
quis debet?* Sic D. Antonin. 3. part. titul. 1.  
capit. 30. §. 3. Monal. quem citat Sanchez lib.  
10. dub. 4. num. 5. *Asteni sum. 2. p. lib. 8. titu. 11.  
art. 3. q. 1. 7.*

<sup>138</sup> *M*inime exhibet. *Quia vir non diuidit hac  
in copula carnem suam in aliam, cum propria sit  
patiens viror. Ita Tabie. v. *Mariimonum* 4. q. 2.  
n. 3. *Palac. in 4. diff. 35. d. vni. Sanch. citatus, id  
colligens ex Rofel. & Sylvest.**

<sup>139</sup> *H*is harscens iudico hoc non esse perpetui  
diuortij gerendi causam, nisi ad tempus, dum  
vir desistere ab infando illo scelere renuit, ob  
spirituale damnum, quod anima infert viror.

D V B I V M LXXVI.

*An naturalis copula absque seminis intra vas  
effusione iusta sit diuortij occasio?*

<sup>140</sup> *E*st profecto. *Quia est peccatum contra na-  
turam, & scilicet impudicus tactus, qui si-  
den violat matrimonij. Sic à fortiori Bartol.  
Lupus, Castillo, Bernar. Diaz, & alij plotes, qui  
apud Sancium l. 10. d. 4. n. 1. nituntur oscula, &  
amplexus dare iustum diuortij causam.*

<sup>141</sup> *N*on est diuortij occasio. *Quia hoc in ca-  
su non est consummatus concubitus, sed atter-  
tus nec caro coniugis in aliam dimiditur, sed  
diuidi attenauit. Ita Sanch. ibi. n. 13. Hurtad. d.  
11. diff. 2. num. 8. *Filliuc. tr. 10. part. 1. num. 366.  
Palau. d. 1. p. 6. §. 1. n. 1.**

<sup>142</sup> *C*rediderim, copulam siue naturalem, siue  
sodomiticam, quae sit penetrato vase, feminē  
tamen minime intra illud emissa, haud exhibe-  
re iustum diuortij causam: secus si semen intra  
vas naturale vel praeposterum immittetur abs-  
que eius penetratione. *Quia in priori casu non  
est concubitus consummatus, ut fert secunda  
sententia. Vnde non incurrit diuortij pœna  
ille coniux tanquam non retus perfecti adul-  
terij, perfectae sodomia. At in posteriori est de-  
bet omnino consummatus. Scio, nulli viri  
defervi priorem meæ resolutionis partem;  
cum nunquam coniugi innocentem possit con-  
stat, alterum adulterij reum minimi semen  
exiisse. Porro deseruiet ipsimet adultero,*

*qui compensare non tenebitur eam  
copulam imperfectam cum  
alterius coniugis adul-*

*terio: De quo  
inferius.*

*\**

*\**

*Euseb. & Mend. Thol. Moral. Tom. III. p. II,*

D V B I V M LXXVII.

*An Bestialitas præbeat diuortij occa-  
sionem?*

*N*on præbet. *Quia cum carne diversæ natu-  
rae admisceretur coniux. Sic Abul. ad 6. 5. Mat.  
Non præbet, ques. 25.*

*P*rabet quidem. *Quia virè coniugis caro  
in aliam dimiditur, nempe in carnem bestie, cui  
copulatur sicut quando vir viro sodomice ad-  
misceretur. Ita Veracr. p. 3. p. c. a. 1. Sanch. lib. io.  
d. 4. n. 13.*

*C*um his opinor. *Quia nil refert admisceri  
cum carne eiusdem, aut diversa natura: cum ad  
diuortium impertinens sit, an possit ex copula  
generatio sequitalias sodomitica nullatenus el-  
set, diuortij causa.*

D V B I V M LXXVIII.

*An concubitus cum fornicatione exanimis ca-  
davere iusto  
am exhibeat causam diuortij.*

*E*xhibet. *Quia est saltu mollicie pecca-  
tum quod in ista est diuortij causa: nam est  
gratia peccatum, quam adulterium. Sic Palud.  
in 4. diff. 3. q. 1. a. 1. concl. 3. n. 8. Abul. ad c. 19.  
Mar. q. 6. 7. & 70. Gaeta reperi. ad limina 30. q.  
1. §. 4. n. 2. 13. Veracr. p. 1. p. c. a. 1. concl. 1.*

*M*inime exhibet. *Quia concubitus cum mor-  
tua foemina non est propriæ fornicatio: ed qua-  
si concubitus cum slava mulieris. Ita Sanch. lib.  
10. d. 4. n. 14. Bonac. & Filliuc. quos refert, ac te-  
nunt Leand. tr. 9. d. 16. q. 1. 3. alterens commun-  
nem esse sententiam.*

*N*on credo esse iustum diuortij causam con-  
cubitus perfecti cum foemina aut bestia mor-  
tuis. *Quia non sit virè vnius carnis in aliam di-  
uotio similiter afferuerim: si vir in balneo  
existet semel voluntarie expellat, & inatrix ali-  
cuius foemina illud mixtus ingredientis, vel iari  
existens illud attraheret. Quia fuit præter viri  
intentionem unde non fuit ex eius voluntate  
perfectus concubitus.*

D V B I V M LXXIX.

*An detur, compensatio adulterij viri in que coniugio,  
si alter adultereretur cum alieno, alter perpe-  
tret Sodomiam?*

*S*ic aliquos esse casus, in quibus non suffi-  
ciat adulterium ad diuortium celebrandum  
Primus est, quando virterque coniux adulterium  
commisit. *Quia paria delicta mutua compen-  
satio e loquuntur c. significati. i.e. Ex literis &c.  
Secundus, quando vir suam proficitur uxorem, seu  
lenocinum exercituit. Quia author ipse fuit  
adulterij. Tertius, quando vir probabilitate  
credens, maritum suum obiisse, alteri nupse. Quia  
vbi non est culpa pœna esse non potest. cap.  
Cum per bellum. 34. question. 1. Quartus,  
quando vir cognita fuit per fraudem ab aliquo  
sugulante esse coniugem. Quia excusat ab  
adultere*

P. 3. adultere

adulterij culpa, & consequenter à pena. Sextus, quando post commissum adulterium, vir adulterij conscius coniugi suæ coniunctus est dissimulatione tacita, vel expressa. Satis autem ad hanc erunt vel extera verba, quibus ea condonetur labes, vel copula aut etiam oculata, & amplexus cap. si quis uxorem. Septimus quam vxor tempore infidelitatis repudiata à viro ad aliud transiens matrimonium cognita fuit. Nam si ambo ad fidem conuertantur, non poterit repudiata obsecrare coniugi repudiato consummationem illius secundi coniugij. cap. Gaudemus, de diuori. His premisis, quæsierim num detur compensatione adulterij, si alter coniux adulteretur cum alieno viro, vel fæmina, alter vero Sodomiam perfectam gerat?

250  
Compensatio  
non datur.

Ad iustam delicti compensationem in hoc casu faciendum opus non est, vt eadem fornicationis specie vtrique coniux sit infectus: sed satis est, vt sit eodem fornicationis genere dommodo is, qui compensare, eaque compensatione mutui delicti exceptione se vult tueri, sit leuior fornicationis speciei reus. Vt adulterio potest se tueri contra Sodomiam diuortium potenter: si tamen adulterio diuortium intentet contra sodomiam non potest hic se defendere exceptione compensationis sui delicti cum adulterio alterius allegata. Quia suum delictum est grauius, ac subinde alterius piacula impar. Sic Castro l. 2. de lege pan. c. 4. Ovand. in 4. dif. 35 d. vni. prop. 1. Hostiens. c. fin. n. 4. de adul. Ioan. Andr. n. 1. Anton. n. 5. Cardin. stat. in principio. Leand. tr. 9. d. 26. q. 15. & alii ab ipso q. 11. citati. Quia illa delicta in ordine ad diuortium sunt imparia, cum solum adulterium non ob sodomiam diuortium concedatur.

Ex vtrique parte datum compensatio, ac subinde neutri coniugi licet diuortium celebrare. Quia si paritatem criminis in ordine ad diuortium consideremus, (vt re vera est consideranda) vtrumque crimen est æquale: cum ob ytrumque (vt vidimus) diuortium concedatur. Si vero cōsideretur in ordine ad matrimonium, cui iniuria irrogatur cum grauior sit iniuria illi per adulterium, quæ per sodomiam illata, adulteriū grauius delictū erit, atque ita adulterio non poterit à sodomita diuertere. Ita Sanch. l. 10. d. 6. n. 5. Palud. in 4. dif. 35. q. 1. a. 2. casu 1. n. 11. Suppl. Gabri. q. vni. a. 2. poft. 1. conclus. casu 1. Palac. Tabie. Gaet. apud Sancium citatum.

251  
Datur com-  
penſatio.

252  
Hoc tenet.

Cum his opinor. Imo idem afferendum iudicarim, quamvis alter adulterij, sodomie, bestialitatique reus esset, alter autem solum adulterij. Neutri enim licet diuertere: sed compensatione proculdubio datur. Quia ad hoc sufficit paritatem criminum dari quoad hoc quod vtrque carnem suam diuiserit contra fidem in matrimonio præsumit: quod est fundamentum diuortij; multiplicatio vero major delictorum huic compensationi minimè obstat. Monuerim, ad hanc mutuam delictorum compensationem faciendum nihil referre solum coniugum prius lapsum esse in delicto, quam alterum. Quia iura solum ponderant vtrumque coniugem simili criminis iam infici, & neutrum matrimonij fidem illasam seruasse, non habita ratione prioritatis seu posterioritatis delicti.

D V B I V M LXXX.

An coniux, qui plura adulteria patravit, possit diuertere ab alio, qui vnum solum modo commisi?

Potest gerere diuortium. Quia tunc solum 253 cententur crimina paria esse in ordine ad compensationem, quando paritas huiusmodi aest in quantitate. Sic Hostiens. c. fin. n. 4. de adul. Ioan. Andr. n. 1. Anton. n. 5. Cardin. stat. in principio.

Minime potest diuortium gerere. Quia cum vtrique fidem matrimonij violauerit, delicta 254 paria ad compensationem cententur. Ita tis. enim fractionis fidei non autem numeri, aut gravitatis rationem habent. Ita Sotus in 4. dif. 16. que. uniu. art. 1. Angel. part. 1. de matr. q. 9. de diuor. a. 1. dif. 2. c. 1. Sanch. l. 10. d. 6. n. 8. Coninch. d. 35. n. 1. Ochag. q. 5. num. 3. Filliac. tr. 10. p. 1. n. 27. Huetad. d. 11. dif. 3. Basil. lib. 9. c. 17. n. 4. Villalob. tr. 15. dif. 1. n. 8.

Profecto minime obstat adulterij mutui compensationi, si alter coniux plurima adulteria, 255 alter autem vnum solum admiserit. Vterque enim fidem matrimonij violauit. Vnde merito Anan. c. genit. n. 6. de adul. prima sententia paritatem in quantitate, ac qualitate delicti requirentes, cœprobant.

D V B I V M LXXXI.

An peccet mortaliter coniux occulte adulterio diuorium petens ab altero adultero publice.

256  
Q

Vamvis adulterium alterius coniugis sit occultum, solum Deo cognitum, alterius vero publicum, nequit adulterio occulte diuorium petere: sed tenetur publicum alterius coniugis adulterium compensare. Quia in foro conscientiae occulto non desideratur probatio per testes, sed sola veritatis cognitio. Quare nil interest, an fornicatio secreta sit, necne, quando ipsi coniugi cōstat, se fornicatum fuisse. Præterea, vxori adulterio publice, cuius via occultum adulterium patravit, non deficit ius excipiendi, vt crimen suum alterius criminis tollat, sed sole deficit probatio. Propter defectum vero probacionis, & si in foro contentio à causa cadat, non tamen in foro conscientiae. Sicut qui se veræ alienum contraxit, licet creditor probare nequeat, re vera est debitor, nec poterit simile debitum sibi recuperare, sed compensare tenebitur. Hoc communis apud Doctores. Quæsierim igitur, num adulterio occultus petens diuorium à publice adultero coniuge lethaliter delinquit, an locum venialiter?

Non delinqvit lethaliter, sed venialiter 257 solummodo. Quia cum coniux publice delinqens fidem matrimonij fidem deturpavit videvit aliquod ius occulte delinquenti exhiberi, vt non tam grauiter peccet petendo diuorium. Sic Henr. l. 11. c. 17. n. 3. qui lit. K. pro se D. Thomam, Sotum, Sylvestrum, Nauartum, & alios, eo quod solummodo dicant, peccare.

Lethali

258 Lethaliter proculdubio delinquit. Quia cum res gravissima sit diuortium celebrare, si occulteret adulterer iure dimittendi caret, ut Doctores proficiuntur, non potest esse solum venialis culpa tunc dimittere, diuortium celebrando, ita Abulen. & Castro, quos afferunt, sequitur Sanchez libr. 10. num. 9. Leand. & alii apud ipsum tractat. 9. dub. 26. questione 18.

259 Idem affirmo. Quia licet iuxta Caistam, quem sequitur Sanchez l. 1. d. 58. n. 4. conceperunt, diuortium adultero, ut non privet se iure exigendi debitum, donec ab innocentem coniuge illius adulterij conficio, eo iure privetur non tamen ipsi conceditur, ut possit diuertere a coniuge similiter adulterio eius adulterij ignaro. Quoniam ius diuertendi solum coniugi, qui non est infelix, similiter adulterio est permisum. Nec obstat, illud adulterium esse occultum, & coniugi publice adulteria ignoratum. Quia in foro conscientiae sola rei veritas inspiciatur.

## DV BIVM LXXXII.

An fiat compensatio adulterii unius coniugis cum adulterio alterius iam condonato, a coniuge posterius adulterante?

260 Iacet prius adulterium coniugis sit condonatum ab altero coniuge innocentem, si post condemnationem innocentem in adulterium cedit, datur tamen huius adulterij compensatio cum adulterio illo prius condonato: neutrique diuertere licet. Quia quamvis adulterium reponsum neque in iudicium deduci ad effectum accusatoris, potest tamen ad effectum excipendi contra accusantem ad diuortium. Quodam enim consequi possumus excipiendo, quia agendo non possumus. Sic Hugo, quem sequitur Turcer. ad cap. 1. 32. questione 6. numer. 4. Archidiac. ibi. Bellamer. numer. 2. Gregor. Lopez lib. 8. ver. Ese mismo. iij. 2. part. 4.

261 Non datur compensatio, nec competit coniugi posterius adulteranti exceptio illius adulterij, quod iam condonauit: sed potest prior coniuge celebrare diuortium. Quia remittentibus actiones suas, non est dandus regressus. Ita Glossa ad illud cap. 1. fine. Asten. part. 2. sum. 1. 8. titul. 3. articul. 3. Sanchez lib. 10. dub. 6. num. 7. Fauer. Sotus in 4. diff. 36. qu. 9. art. 2. Leander tenet tractat. 9. d. 26. qu. 19.

Certe reconciliatio, seu condonatio illa coniugum matrimonij ad suum pristinum reuocari statum, ac si nulla esset usque tunc fornicatio admissa: in quo euentu poterit prior coniux reconciliatus a coniuge postmodum adulterij rei iuste diuertere, (ut optimus Sotus vbi supr.) ac si omnino innoxens existeret.

## DV BIVM LXXXIII.

An quando coniugi utique adulterij crimine reus, si alter emendatur, altero in adulterio versante: potest emendatus diuortium pretendere?

262 Tanguam notum apud omnes suppono, si ambo coniuges in adulterium lapsum, ad pristinam redentur amicitiam, eaque reconciliatio facta alter adulterio iterum maculatur: post alterum noui adulterij ratione ab eo diuertere. Quia reconciliatio illa matrimonium ad suum antiquum vigorem restituit, ac si nullum esset usque tunc adulterium admisum. Unde sit, ut coniugi postea delinquens reus diuortij sit. Questioni autem domum quando utroque coniuge fornicante, reconciliatio minimè processit, sed alterius coniugis emendatio, altero in adulterio persistente, possit coniux emendatus ab alio diuertere?

Minime potest. Quia ad diuortium celebrandum, impediendamque mutui delicti compensationem, nil iuvat alterius coniugis emenda, qua solum Deum reconciliat, nec abolet iniuriam per adulterium matrimonio utrogatam. Quae integrum est coniugi impenitenti illud adulterium opponere, cum id minime condonauit, reconciliatione facta. Sic Petr. de Ledel. qu. 7. 61. articul. 1. dub. 1. Ledel. 1. part. 4. qu. 7. 19. art. 1. 2. Basil. lib. 9. cap. 17. Texedam. 2. lib. 4. tractat. 1. contron. 1. num. 65. Hurtad. d. 11. diff. 3. Leander tractat. 9. dubio 2. 6. questione 21.

Potest quidem coniux emendatus diuertere ab altero incorrigibili, & in adulterio persistente. Quia iam non censentur paria delicta, ut compensatio impeditur. Quandoquidem unum est emendatum, alterum perseuerat. Ita Paludan. in 4. diff. 35. questione 1. articul. 1. numero 12. D. Antonin. 3. part. titul. 1. capit. 2. 1. Paragraph. 6. Sylvest. verb. Diuortium, 41. 9. casu 7. Sotus diff. 36. questione art. 1. Rodriguez tom. 1. cap. 1. 3. casu 14.

Ego quidem probabilius, ut reor) affero, posse coniugem emendatum, si admonitus coniux alter in adulterio persistat, diuortium celebrare. Quia mortuio illa, & interpellatio, qua adulterer emendatus adulterum pertinacem monet, ut corrigitur, similius habent, ut habet reconciliationis. Sic enim interpellans, & monens reconciliationem offert alteri, & sua ex parte illum sibi reconciliat, & nil referre videtur, si alias acceptare nolit, tenetur enim admittere. Quare si post labatur in adulterium, ultima mora sibi nocere debet, ac perinde censebitur, quia post reconciliationem factam, patrasset adulterum: in quo casu supra vidimus licitum esse diuortium. Mecum Navar. lib. 4. Consil. iiii. de diuor. cons. 3. Henriquez lib. 12. cap. 5. fine. Diana port. 9. tractat. 8. redit. 39. Villalob. tractat. 15. diff. 2. num. 2. Sanch. l. 10. dub. 7. num. 4.

OBAR  
Mon  
III. IV.  
LV

## DVBIVM LXXXIV.

An licet marito vxorem, & adulterum in adulterio deprehensos propria authoritate interficiere, ut leges illi permittunt?

266 **L**icet quidem in foro conscientiae ut virtus *Erect. qui-* concessionis legis permittens adulteros dem, ex in crimen reportos propria authoritate interficiere, dummodo non vindicta liuore, sed iniuria zelo, sicere, dummodo non vindicta liuore, sed iniuria zelo perimit. Quia legis civilis authoritate id praefat: leges autem in foro conscientiae seruandas esse, nemo dubitat. Et quia ut culpa careret sciens, nec potens prohibere: ita illa non vacat potens prohibere magnum damnum, si id permittat: argumēto ducto à contrario sensu ex leg. *Culpa caret, & leg. Nullum crimen, Digest. de regulis iuris.* Si ergo leges illae solum permittant impunē occidere adulteros, & non concedant tanquam licitum in poenam delicti, iniquae sunt, tanquam permittentes id, quod poterant, ac tenebantur interdicere. *Sic Castil. lib. 82. Tauri. numer. 6. Anton. Gomez ibi. numer. 52.* Minchaga in conrav. usufrequent. libr. 1. cap. 6. numer. 2. Iul. Clar. libr. 5. recept. §. *Homicidium. Azebe. 1.8. recipil. titul. lib. 1. numer. 21.* Et Sà verb. *Homicidium, numer. 15.* refert, aliquos hoc tenere, & videtur tentare, esse probabile, dum oppositum melius appellat.

267 **M**inimè licet. Quia leges solum permittunt, impunē occidere adulteros in delicto reportos parcens vehementissimo dolori, quo concitatus vir in iuriam, sibi irrogatam adulterorum interfectione vindicat. At leges permitentes aliquid impunē fieri, minimè à culpa excusant, ut latissimè, multis exemplis adductis, confirmat Tiraquell. libr. 9. comm. numer. 1. Ita Dinus Thomas in 4. dist. 37. question. 2. articul. 1. Bonan. ibi. articul. 1. question. 1. Durand. question. 2. articul. 1. numer. 5. Richard. art. 2. question. 1. Paludan. question. 2. articul. 1. numer. 5. Maior. question. 2. §. ultim. Abul. part. 5. qu. 113. Victor. D. Antonin. Metina. Quandus. Vignet. Veracruz, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez libr. 10. dub. 8. numer. 39. ex iurisperitis plurimos afferens.

268 **H**oc mihi indubitatum. Quia iniustum est, *Hoc mihi* parte non audita, generalem facultatem reum inadmitit. occidendi concedere: Ergo leges, quae id concedere videntur, potius permittunt, impunē id fieri, quam facultatem id gerendi concedant: ac ideo maritus illarum authoritate adulteros in delicto comprehensos interimes, homicidij culpa minimè vacabit. Hinc deduco, virum, qui priuata authoritate adulteros in scelere, reportos enecat, teneri damna restituere instar aliorum homicidarum. Quia delinquit peccato homicidij,

& subinde contra iustitiam,

\*\*

## DVBIVM LXXXV.

An si maritus sit iudex, licet adulteram vxorem in scelere comprehensam, interficiere?

**L**icet planè. *Quia Index reos mortis inter-* 269 *mere potest: talis autem est adultera coniux.* *Licet pl-* *Sic Paludan. in 4. dist. 35. question. 2. articul. 1. n.* *concl. 3. mm. 10. Faut D. Thom. in 4. dist. 37.* *question. 2. articul. 1. ad 1. ait enim, ideo virum* *tunc interficiens peccare, quia Index non* *est: Ergo si Index sit, ex mente Doctoris Ange-* *lici, non delinquet.*

*Id minimè licet. Quia Indicis est reos puni-* 270 *re, non vtcūnque; sed parte audita, sententiā.* *Non licet,* *que lata. Ita Sanchez libro 10. dubio 8.* *numer. 40.*

*Hanc sententiam vnicē tuendam existimo,* 271 *credens D. Thomam oppositum sensisse. Nam Hoc vnicē* *dixit, non licere viro interficiere vxorem, quia tuendum,* *non est eius Index. Supple, & esto esset Index,* *non interficit, vt Index, sed vt persona priuata.* *Quia non procedit causa cognita. Profecto, nec* *Paludanus contrarium absolutè afferuit. Ait* *enim id fortè esse licitum.*

## DVBIVM LXXXVI.

*An licitum sit viro adultero in foro conscientiae, vxorem adulteram criminaliter accusare, ut capite damnetur?*

**N**on est licitum. *Quia pars delicta conin-* 272 *gum mutua compensatione abolentur.* *Licitum n* *cap. penultim. de adulter. & leg. Viro atque vxore est.* *40. Digest. soluto matrimonio.* Et quia nil ini- *quius, quam virum eodem vitio laborantem* *adulterum coniugem de eodem crimen accusa-* *re. Præterea quia libr. 6. titul. 9. part. 4. & lib. 9.* *titul. 19. part. 7. expetit. deciditur, virum accu-* *santem adulterium vxoris per exceptionem si-* *milis adulterij repellit. Sic Palac. in 4. dist. 37. d.* *vnic. Gutier. qq. practic. lib. 2. question. 1. numer. 2.* *Manu. tom. 1. sum. cap. 206. numer. 9. Vega tom. 1.* *sum. cap. 127. casu 3. Henriquez libr. 11. cap. 17.* *num. 3.*

*Licitum est viro quantumvis adulteriis co-* 273 *opero, criminaliter accusare vxorem adulte-* *ram, & aduersus eam poenam legis, sententia* *Iudicis præcedente, exequi. Quia id fernan-* *dum est in viroque foro, quando forum exten-* *sum non innititur fallax presumptioni: (vt do-* *cet Sanchez libr. 1. dub. 5. numer. 20.) sed in foro* *externo admittetur accusatio adulterij vxoris* *ad poenam criminalem, repulsa exceptione si-* *milis adulterij viri, vt ipse probat in præfenti* *quest. libr. 10. dub. 8. numer. 33. & 34. Ergo & in* *foro conscientiae id licebit. Ita Petr. de Ledel.* *question. 6. 2. articul. 1. dubio 3. Barthol. à Ledel.* *dubio 68. Henriquez libro 11. capite 17. numer. 3.* *Sanchez libr. 10. dub. 8. numer. 46. & alij apud* *ipsum.*

*Hanc sententiam tenendam existimo. Quia* 274 *ideo*

ESC  
Theo  
Tom  
F

ideo vir adulter nequit coniugem adulteram de adulterio accusare, quoad diuortium, quia adulteria hæc quoad hanc accusationem ciuitatem mutua compensatione abolentur, id ita luce dispone, (vix superius videtur.) At quoad accusationem ciuitalem contrarium disponi: datur enim viro, vxori adulteram accusare posse, non tamen è contraria: nec fit vtriusque adulteri compensatio: ergo licetum est viro adulterio criminaliter uxorem adulteram accusare. Nec oportet addere limitationem, quam Henriquez citatus adhibet, nempe si vir corrigatur, vix autem in adulterio perseueret. Quia licet vir non corrigatur, nequaquam datur compensatio delicti vtriusque quoad hanc ciuitalem accusationem, et doctrinam probat Sanchez, citat. num. 36.

## DVBIVM LXXXVII.

An cum lata diuortij sententia, continet, innocentem in adulterium habens, compensentur mutu delicta complicitum sit ad coniugem adulterij causam dimissam redire?

165 Bona min punct 166 Certè si ante latam diuortij sententiam innocentis coniux a adulterio maculatur, mutua illa delicta ab alienis compensatione, proinde coniux adulter tenetur sibi alterum sibi reconciliare. Quia constat iam illi defensanda sententia iniustitia. Idem dixerim, si adulterium ciuitatum sit post latam sententiam antequam in rem iudicata transeat, siue quia non est lapsus appellationis tempus, vel res concordes sententia non emanarunt: vel quia, licet transierit terminus appellationis, at quia reus minor est, beneficio restitutio ei subveniatur. Nam etiam eo in casu si is, qui licet moritur, eo tempore adulterium committat, non potest iustè licet morire, eum adhuc locum habeat compensatio. Sic Sanchez lib. 10. dub. 6. à min. 14. Basil. lib. 9. cap. 20. num. 3. & communiter Doctores. Quæstionem vero, num idem afferendum sit casu, quo coniux innocens perpetret adulterium post perfectam, & latam diuortij sententiam?

176 Sunt casus huius modi nisi delicta re. Quia res iam in iudicatum transit, & quod semel est recte definitum, minimè est retractandum: præcipu quod diuortij sententia non fertur sub conditione in fauorem rei, nimis si innocens casto vixerit: sed absolute in odiam eius, & supplicium. Sic Henriquez lib. 11. cap. 17. num. 3. Barthol. à Ledes. dub. 7. 6. Sotus in 4. diff. 36. qu. vnic. articul. 6. ad 3. Petri de Ledes. question. 6. 2. articul. 6. dub. vnic. concl. 2. Reginald. lib. 31. numer. 330. Gutier. cap. 127. numer. 10. Bonac. question. 4. de matrimonio. punitio 5. numero 19. Filliac. tractat. 10. part. 1. num. 37. & alii plures apud Sancium lib. 10. dub. 6. num. 3. Adiuvant tamen integrum esse Iudicium in casu hofce coniuges conciliare, eos ex

officio cogens, ut incontinentia consulatur pericula.

Munus delicta compensantur, unde compellendas est innocens post latam sententiam adulterij reus coniugem dimissum sibi reconciliare. Quia sic expressè colligitur ex cap. Ex literis, de diuor. Et quia præfacta adulteriorum crimina possunt munro compensari: Ergo ad id coniuges tenentur. Consequentia pater, nam compensatio adulteriorum ex iure diuino, ac naturali nascitur, ideoque nullatenus potest per Iudicis sententiam auferri. Antecedens probatur nam coniux innocens etiam post latam diuortij sententiam tenetur, alteri coniugi ob adulterium dimisso fidem seruare; unde etiam post diuortium adulteri est, & contra iustitiam delinquit. Ergo illata ab eo iniuria configi dimisso debet cum iniuria ipsi innocentium a dimisso facta compensari. Ita D. Boñaventura in 4. diff. 15. articul. vnic. question. 5. D. Antoniu. 3. part. titul. 1. cap. 2. §. 6. Petri Soto leg. 12. de matrimonio. Palac. Angl. Canado, & alij vñque ad tringit, quos refert, ac sequitur Sanchez citatus, numer. 17. Palaustom 5. dub. 3. punct. 6. §. 6. numer. 11. Praeposit. in part. qu. 5. dub. 12. numer. 10. Pérez de matrimonio. dubio 5. 6. section. 3. numer. 5. Diana part. 3. tra. 3. 8. resol. 39. Villalob. tractat. 3. diffic. 5. numer. 3. Coninch 3. 35. dubio 2. numero 14. Hurtad. diff. 1. 1. diffic. 3. numero 11. Ochag. tractat. ultim. de matrimonio. q. 5. numer. 11.

277  
Huiusmodi  
delicta com-  
pensantur.

Existimo, secundam sententiam longè esse probabiliorem. Quia diuortij sententia respicit statum præsentem, iuxta quem fuit lata: nec tollit ius rei compensationis, si innocens no[n]tens sit. Nil enim refert, quod sententia Iudicis transferitur in rem iudicatam, nam etiam post illam adulterando innocens infert iniuriam coniugi dimisso. Certè diuortij sententia retractanda non est casu, quod res in eodem statu permaneant, fecus autem si mutetur. In crediderim proferri sub conditione, nimis si innocens continens fuerit, aut quændam innocens talis existat, & quia hanc conditionem contractus coniugalis exigit.

278  
Præbabiliorem  
hanc reponit  
sententiam.

## DVBIVM LXXXVIII.

An coniugi, qui ante diuortij sententiam in adulterium labitur, liceat Religionem profiteri, vel sacros Ordines fuisse? cipere?

179 tunc que datur <span data-bbox="294 65

autem ipse postmodum fornicatus, ins quidem non reddendi amittit, sed non ius vendendi. Si Paludan. in 4. dist. 35. question. 2. articul. 2. numer. 14. Suppl. Gabriel. ibi. quest. unic. articul. 2. post 9. concl. Guillelm. relatus ab Abbatore cap. Veniens , numer. 7. de conuerso coningat.

Minimè licet. Quia eo ipso, quod ante dicti  
nuntij sententia adulterium patravit, delictum  
compensantur, & matrimonium ad pristinum  
redit statum, in quo neutri coniugi disteretur  
gratia transendi ad alium statum permittitur.  
Ita Holtiens. cap. *Veniens*, numer. 7. de conuersione  
coniugar. Sanchez lib. 1. o. dub. 9. num. 2. 6. Nauar.  
lib. 5. consil. titul. de adulter. Basil. libr. 9. cap. 20.  
numer. 7. Ioan. Andr. ad cap. *Veniens*, numer. 5.  
Abbas num. 7. Anchar. num. 6. Card. question. 5.

281. Ob præfatam rationem certum existimo mi-  
*Idem affir-* nimè licet huicmodi coniungi Religionem  
*mo.* inire, aut Sacrum suscipere Ordinem: & si se-  
cus gesserit, posse reuocari ab altero dimisso  
coniunge: in d. & ipse reconciliare sibi adulterum  
coniungem tenebitur, & è monasterio egredi, si  
sine scandalo queat.

Fit enim ex delicto coniugis proles, aut Sacris  
initiati cum delicto coniugis dimissi compensa-  
tio. Sic nonnulli Iuristæ apud Ouand. in 4. diss.  
qu. unic. propos. 15.

Minime tenetur, inquit nec potest ad coniugem dimisum redire. Quia ius monasterio acquisitum non perditur ob monachi delictum: & ille coniux dum innocens erat, ob adulterium alterius coniugis notorium potuit Religionem ingredi, siue praecesserit sententia diuinitutis siue non. Nam cum ob adulterium notoriu[m], non praecedenti diuinitutis sententia, licet coniugi divertere, & statum mutare: eo professo iam in Religione, ius est monasterio acquisitum: quare per frequentem fornicationem ius illud acquisitum nequit auferri. Ita Sanchez lib. 10. o. dub. 9. numer. 34. Basil. libr. 9. cap. 20. numer. 7. Gregor. libr. 8. verb. Ese mismo, titul. 2. part. 4. Paludan. in 4. dis. 35. quæst. 2. articul. 1. num. 14. Quand. citatum, & alij apud Sancum.

Crediderim hanc loqui illos Iurisperitos, quando iam professus fornicatione fuerit maculatus. Quare prima sententia, ut improbabili omnino reiecta, secundum vniue amplectior, ad iiciens, idem dicendum esse de vita, qui dimisit, vixore ob notoriam fornicationem ad Ordines Sacros est promotus; si enim eo statu assumpto, fornicetur, non est ad vxorem reuocandus. Quia iam status est mutatus, & ius acquisitionis est statui illi immutabili, cui per sequentem fornicationem praedictari nequit: & tunc solum fit delictorum compensatio, quando res in eodem statu permanent. Attamen si sententia diuortij non praeclerat, & dum fornicatur, est novitas, vel in minoribus Ordinibus solum constitutus, aut solo simplici voto castitatis ligatus: crediderim, eum teneri ad vxorem redire. Nam cum status hic non sit immutabilis, nec omnino perfeitus, non poruit vxori praedictare, quae ius habet, ut delicta compensentur, quoniam ante diuortij sententiam contigerit, virum in adulterium simile labi: at si voto simplici castitatis illigatus sit, debitum petere non poterit.

DVBIVM LXXXIX

*An coniugi, qui post diuortij sententiam in adulterium prolabitur, liceat Religionem profiteri, vel ad Sacros descendere Ordines?*

282. **L**icit quidem. **Q**ui coniux dimissus post latam sententiam omnium ad repetendum coniugem dimissum destitutus est. **S**ic Sot. in 4. dis. 36. quæst. 6. articul. 6. ad 3. Henr. libr. 11. capit. 17. numer. 3. Reginald. libr. 3. 1. numer. 3. 30. Bonacin. question. 4. de matrimon. p. 1. Etio 5. numero 19. Filliuc. tractat. 10. part. 1. numer. 377.

283. *Non licet.* Minimè licet. Quia cum factus fuerit non cens nondum mutato statu amisit ius divertendi ab altero coniuge dimisso. Ita Coninch ab 35. numer. 14. Hurtad. dub. 11. diff. 3. numer. 11. Villalob. tractat. 13. diff. 5. numer. 3. Diana part. 3. tract. 4. refol. 37. Praeposit. in 3. part. q. 5. dub. 12. numer. 101. & alij.

284 Existim⁹, esse compensationi locum etiam  
Einsam sum post latam sententiam, & postquam transiit in  
mentis rem iudicatam. Quia sententia iudicij statum  
præsentem respicit; iuxta quem lata est: nec tol-  
lit ins reo compensationis, si innocens nocen-  
tia efficiat; neque tenetur sibi dimissum reconciliare  
coniugem.

DVBIVM XCII

*An post latam diuinitati sententiam coriux inno-  
cens possit adulterum etiam iniurium sibi re-  
conciliare : & adulteri teneatur  
ad id?*

Potest ne(re) integra ex parte vtriusque con-  
iugis, quia nemo statim mutauit, votive  
castritatis se adstrinxit) innocens adulterum sibi  
semper reconciliare: teneturque adulter id ad-  
mittere? Non potest quidem innocens coniux  
id gerere, nec adulter admittere tenetur. Quia  
sententia diuotij cum matrimonio omnino  
separat, manente solo vinculo: vtrumque con-  
iugem aequum absoluere ab obligatione cohabiti-  
tandi, ac reddendi debitum: alias claudicaret,  
nec feruaret iustitia aequalitatem: Ergo sicut  
innocens non tenetur admittere adulterum pe-  
tentem reconciliationem, ita e contra innocens  
poterit iniurum cogere, nec ipse admittere te-  
netur.

DVBIVM XC.

*An si post diuorum celebratum coniux innocentiam professus, vel Sacris initiatu perpetrat adulterium: negatur egredi e monasterio ad coniugem, ob adulterium, dimissum redire?*

285 *redire?*  
Tenetur redire, ad coniugem dimis-  
sum. *Ex literis, de diuini-*

Habebit. Sic Hugo relatus à Gloss. cap. Ex literis, verb. Redire, de diuort. Monald. sum. titul. de diuort. ratione forniciat. Table. ver. Matrimonium 4. quæst. 5. numer. 6. Sotus in 4. dist. 3. 6. quæst. vnic. art. 5. ad 3. Nauar. libr. 2. conf. titul. de regular. conf. 3. 8. num. 1. Petr. de Ledel. quæst. 6. art. 6. ait esse probabile.

superius teneri coningem reddere debitum alteri sagile ge petenti contra castitatis votum. Etiam id altero, si innocens solis minoribus ordinibus sit initiatus. Quia nondum habet statum statutabilem.

## DVBIVM XCII.

An licet, coniugi adulterio post latam diuortij sententiam professionem emittere, aut ad Sacros Ordines, invito coniuge innocentem, ascenderet?

**C**ertum est, antè latam diuortij sententiam <sup>295</sup> Quid certum supponit. non mutat statum, ins habet ad reuocandum coniugem innocentem: Ergo hie nequit si mutauit statum poterit ab innocentem reuocari. Requiererit autem, dum id gerere ei licet post latam diuortij sententiam?

Licet quidem. Quia sententia illa non solum innocentem, sed etiam adulterum ipsum à coniugali reuictus eximit obligationem, que sola obstatu est, ne coniuges statum possint mutare. Vnde in cito, hie in iusto innocentem potest nocens professionem emittere, vel Sacris Ordinibus initiatu. Sic Nauar. libr. 4. conf. titul. de diuort. conf. 5. numer. 1. Hugo relatus à Gloss. cap. Ex literis, verb. redire, de diuort. Sotus in 4. dist. 3. quæst. 1. vnic. art. 5. ad 3. Barthol. à Ledel. de matrimon. libr. 6. 4. post 3. concl. & alij.

Minime licet coniugi adulterio ad Religio- <sup>297</sup> Non licet. nentem, vel ad Sacros Ordines, invito innocentem etiam post latam diuortij sententiam; quod si ingrediatur, potest post professionem reuocari. Quia cum teneatur adulteri reconciliari innocentem id potest. Si eo volente reconciliacioni operam dare, tenuat adulteri, & ipso invito, profiteatur, non potest ea professio iuri coniugis innocentem praividicare. Ita Sanchez libr. 10. dub. 10. num. 1. Basili. lib. 9. cap. 19. num. 4. Ochag. trist. v. 1. num. 7. num. 8. & yluest. verb. Diuorium quæst. Palac. in 4. dist. 35. dñs. Graff. p. 1. dñs. 1. 2. cap. 8. 4. num. 14. & alij.

Probabilius hoc iudicet. Quia non valet professio contra ius coniugis innocentis. Addiditum verò, valide adulterum statum mutare post <sup>298</sup> Hoc nihil probabilitati diuortij sententiam, si id sciat innocentem, nec contradicat, cum possit. Quia satis videtur data licentia. At si, lata diuortij sententia, innocentem monitus nolit adulterum sibi reconciliare, potest adulteri mutare statum proficendo: & semel iam professus reuocari non poterit. Quia innocentem reconciliationi non coniuvens videtur licentiam concedere adulterio, vt ad Religionem transeat: & licet reconciliationem denegans Religionis refragetur ingressui est irrationalis voluntas. Innocens enim, lata diuortij sententia, non habet ius omnino in adulterum, vt ipsum quasi ligatum habeat, ne possit sibi statum Religionis eligendo, confulere, si ad reconciliationem non admittatur. Solum namque habet ius reconciliandi, & reuocandi cum ad pristinum matrimonij vsum.

DVBIVM

## DVBIVM XCII.

An si coniux, innocentis votum simplex castitatis solammodo emisit, possit sibi adulterum coningem reconciliare?

**C**erte si coniux innocentis statum mutauit factus professus, vel sacris initiatu: si integrum non est adulterum sibi reconciliare coningem iam dimisum. Quia iam assumptum statum immutabilem, à quo nequit resilire. Quasi enim verò an saltum si coniux innocentis votum simplex castitatis solammodo emiserit, valeat coniugem adulterum sibi reconciliare?

Minime potest. Quia Deo se se voto litanis omne à se ius matrimonij abdicavit. Sic Palac. dist. 35. d. vnic.

Potest omnino. Quia licet delinquat contra votum, si reconciliet sibi adulterum: ut adulterum nullam exceptione tueri valet, ne ad innocentem petentem redat. Votum enim simplex non priuat coniugem votentem iure iustitiae, quod habet in coniugis corpus. Ita Sanchez. 1. 10. d. 10. num. 6. Basili. lib. 9. cap. 19. num. 1. & omnes communiter.

Hoc certum mihi. Et eadem ratione censui

## DVBIVM XCIII.

*An possit saltem, adulteri post latam diuortij sententiam, ignorantie, ac inconsulto innocentie, Religionem profiteri, initiari sacris, aut votum simplex castitatis emittere?*

*Potest* quidem, siveque professus nequit ab innocentie repeti. Quia innocens persistens usque ad diuortij sententiam, illique conniunctus, videtur adulterio facultatem proficiendi concedere, & quod hoc suo cedere iuri. Sic Henr. l. 11. cap. 17. num. 6. & l. 12. cap. 5. num. 10. Paludan. in 4. dist. 35. qu. 2. art. 3. num. 6. Sotus dist. 36. qu. univ. art. 6. ad 2. Petr. de Ledes. de matrimon. qu. 62. art. 6. notab. univ. circa 3. concl. Ludo. Lop. 1. p. Instruct. cap. 295. & p. 2. de matr. cap. 7. num. 65.

*Non potest* coniux adulteri ad Religionem transire, ignorantie, & inconsulto innocentie, sed eius licentia desideratur. Quia cum innocens ius habeat cogendi adulterum ad reconciliacionem, necessario circa mutationem status adulteri consulendum est, eiusque beneficium petendum, ne iuri sibi acquisito praividetur. Ita D. Thom. in 4. dist. 35. qu. univ. art. 6. ad 3. D. Bonavent. art. univ. qu. 5. ad 2. Barthol. à Ledes. de matrimon. dub. 70. Sanchez lib. 10. dub. 10. num. 1. Villalob. tract. 15. dist. 7. num. 6. Bonac. qu. 4. de matrimon. punt. 5. num. 2. 3. Coninch. dub. 3. 5. num. 39. Reginald. lib. 31. numer. 326. Gutier. de matrimon. cap. 129. & alijs.

*Hoc mihi ve-*  
*ritus.*  
Probabiliter hanc puto sententiam. Vnde sine innocentis coniugis licentia hand fas erit adulterio ad Religionem transire, sacris initiari, aut votum castitatis emittere. Si vero gesserit, ab innocentie reuocari poterit, & votum irritari. Attamen status mutatio facta ab adulterio erit valida, si coniux innocens sciens non contradicat, vel si saepius monitus nolit reconciliari. Ceterum ut adulteri de licentia innocentis profiteatur, aut ad Sacros Ordines transeat, votumve castitatis emittat, non erit necessarium, ut innocens etiam Regulare ineat institutum, votivo fe illiget castitatis: sed absque voto aliquo potest in seculo manere. Quia textus illi cap. 3. cap. 1. cap. 2. cap. 3. significavit, de coniug. coniug. prohibentes mutationem status alterius coniugis, altero in seculo manente, haltem absque castitatis voto: loquuntur, vbi matrimonium integrum, & illassem perfuerat: secus vbi est diuortium. Quia cum innocens liber sit a iugo debiti coniugalis, potest independenter a mutatione status adulteri, ad Religionem transire, vel Ordines Sacros suscipere. Quod si id non possit ita liberè adulteri, prouenit fauore innocentis, ne iure reconciliandi, quod habet, derogatur. Quare renunciante innocentie huic fauori, poterit ita liberè adulteri vti innocens, ad Religionem, vel Ordines transire.

## DVBIVM XCIV.

*An sufficiat, adulterium valde esse notorium, ut innocens valeat ad Religionem transire, vel Sacris Ordinibus initiari?*

*C*ertum est, coniugi innocentie liberum esse post diuortij sententiam. (vt vidimus) etiā *Qui certum est adiuvio.* initio coniuge adulterio, Religionem inire, aut factis initiari. Quia hoc in catu innocens vtiuitre suo, cuo in fauorem ipsius lata fuerit sententia diuortij. Ambiguitatem, num idem generere valeat, cum non praeceperit sententia, sed adulterium sit valde notorium?

Minime quidem. Quia adulterium notorium non impedi restitutioem, nec concedit ins. propria authoritate, minime expectato Ecclesiæ iudicio, diuertendi. Cuius fundamentum *Dubio* 99. subiiciam. Sic Durand. in 4. dist. 32. question. 2. articul. 1. numer. 5. Abul. ad cap. 19. Mat. question. 75. Veracruz part. 3. specul. articul. 6. probat. 3. secunda conclus. Graff. part. 2. decisio. libr. 1. cap. 12. numer. 66. & alijs.

Sufficit omnino. Quia adulterium esse notorium. Satis est, ad licite diuertendum à coniugis habitatione, impediānque restitutioem. Cuius fundamentum *Dubio* citato adhibeo. Ita Sanchez lib. 10. dub. 11. num. 10. Alexander de Nevo ad cap. Ex literis, numer. 20. de diuort. Nauar. libr. 2. consil. 11. de coniug. coniug. conf. 5. Corduba sum. question. 138. Barthol. à Ledes. de matrimon. dubio 64. post 3. conclus. & alijs.

Ego autem existimo, tunc licere innocentie, ad Religionem transire: adulterio initio, ita ut non possit repeti ab eo, nec ei sit restitutendum: quando, vel praeceperit sententia diuortij, vel ea non expectata, adulterium ita notorium est, ut possit innocens propria authoritate deserere consortium, & habitationem adulteri absque restitutioem metu. Quando autem hoc contingat, loco indicato planum reddam. Idem dixerim, de facultate concessa innocentie absumenti Ordines Sacros absque restitutioem gerendæ periculo. Quia eadem militat ratio.

## DVBIVM XCIV.

*An licitum sit, pro foro interno conscientia coniugi innocentie ad Religionem, Ordinemque Sacrum transire, votumve castitatis simplex emittere, ob adulterium alterius coniugis occultum?*

*N*on est licitum. Quia id non est satis ad celebrandum propria authoritate diuortium. Sic Doctores *Dubio* 99. referendi. Pro cunctis in praesenti do *Basilius* libr. 9. cap. 18. fine.

Licitus

ESC  
Theo.  
Tom.  
E

307 Licitum est. Quia id est fatus ad celebrandum propria auctoritate diuortium. Ita Doctores, quos Dubio citato exlibebo. Nonc pro cunctis sufficiat Sancius l. i. d. i. n. ii.

308 Profecto quoniam ut impeditur restitutio in foro externo coniugis innocentis professi, an ad Ordines Sacros promoti, desideretur vel

sententia diuortij, vel adulterium coniugis manentis in seculo, ita notorium esse, ut possit propria auctoritate dimitti, at ut in foro conscientiae sit transitus licet ad professionem. Ordinewe, aut ad votum simplex omnino modus castitatis & validae omnino sit professio, & votum: fatus est occulatum coniugis derelicti adulterium. Quia id fatus est, ut in foro conscientiae, seculo scindalo, sit atque a propria auctoritate celebrare diuortium. Atque ita cessat ius coningale, & subinde iniuria coniugis derelicti, quae mutationi status coniugis obstat. Vnde sit, ut si coniux innocens iam professus, aut Sacro Ordine initiatus, vel simplici castitatis voto adstrictus, iudice cognite, coniugi derelicto testimur, eo quod adulterium sit occulatum, aut illud probare innocens nequeat: non possit petere, nec reddere debet. Quia sententia illa innuitur falsa presumptioni, & in foro conscientiae professio & votum omnino valida extitit. Cum sit certus de adulterio alterius coniugis, & consequenter amissio- nis toritus iuris coniugalium. At si lumen esset votu simplex castitatis, & semel recocilaret sibi coniugis derelicti, peccaret quidem contra illud votu reconciliando, ex quod obliget se ad reddendum: at deinceps reddere tenetur, non autem posset petere. Intelleverim tamen, licere coniugi innocenti, ad Religionem, aut ordines transire, ob occultum alterius coniugis adulterium, si solu atten- damus iniuriam, & damnum matrimonij, ac coniugis derelicti. Quia cum sit sufficiens causa diuortij, nolla iniuria interrogatur. At aliunde potest esse culpa, nempe ratione scandali, aut detri- menti Religionis vel Ordinis Sacri. Quia si reperat coniux derelictus, restituetur coniux professus, aut Sacris initiatus: ex quo detrimentum patietur Religionis, & grauem iniuriam professio, & Ordo. Vnde hac ratione esset prorsus illicitum mortaliter loquendo, nisi diuorti sententia prae- cederet. Quare existimo, hunc coningem, qui diuorti sententia non obtinetur, rogatum a Mo- nachis, aut Episcopo promotu ad Ordines, aut literas dimissorias ad id concessu, non sit coniugio illigatus tenere fateri veritatem, nec posse abnegare se coniugatum esse.

## D V B I V M X C V I.

309 An vir innoce ns possit invita adulteria vxore, eo- dem iure ad Ordinem Sacrum transire, quoad Religionem valeret?

Non potest. Quia vir cuiuslibet viri in Sacri constituti tenetur post vitii mortem ab aliis nuptiis abstinere. Quia sunt, 28. l. Se- ria, d. 3. ad quod nequit cogi. Et quia non potest vir ad ordines promoveri, nisi vir in seculo reliqua promittat castitatem. Coningans, de coniugis coningans. Et quia cum vir sic initiatus manear in seculo, facile potest vxori commisceri, ac pleraque Sacrelegia admittere. Ergo in his casibus, in quibus diximus ei esse integrum profi- ficit. & Mend. Theol. Moral. Tom. III. p. II.

teri, non est ei licitum ad ordines transire ob ex- pressam differentiam rationem. Sic Innocent. c. Veniens, de coniugis coning. Guiter. l. i. q. 9. canon. c. 2. 5. a. 1. 3. Graf. p. 1. decif. l. i. c. 12. n. 64. Hostiens. qd. c. Veniens, n. 8. & 9. Ioan. Andr. n. 4. Anton. n. 4. Et hoc dicit esse certus Cardin. ibi, in fine. Asten. Samp. l. l. 8. tit. 1. a. 1. q. 9.

Potest quidem. Quia ius coningale aequo ob- 310 stat Religionis ingressu, ac Ordinum suscep- tionis. Cum ergo adulteria omni iure coniugali distinatur, aequo licet viro ipsa invita transire ad ordines, ac ad Regulare institutum. Ita Pa- lud. in 4. a. 1. 7. q. 2. a. 2. 7. 10. Victor. de matr. n. 2. 5. 3. Sotus in 4. dist. 16. q. vni. a. 5. ad 3. Henr. l. 12. c. 5. n. 10. Nauar. l. 3. consil. iii. de coniug. coning. consil. 10. n. 1. Sa. v. Diuortium, n. 1. Rodrig. tom. i. sum. c. 2. 30. n. 1. Vega to. 1. c. 8. 9. cap. 3. Sanchez lib. 10. cap. 11. num. 16. Basil. lib. 9. cap. 19. num. 5. Hurtad. d. 11. diff. 8.

Eiusdem sumi mentis, & eam regulam gene- 311 ralem certam esse reor. Quoties licet viro ad Religionem transire, vxore adulteria manente opiniori. in seculo, ac reniente: licet ei similiter Sacris Ordinibus initiari, nisi aliunde adsit obseculum ut quia vir esset bigamus, aut alias irregu- laris.

## D V B I V M X C V I I.

An licet innocentis debitum coniungi adul- terio denegare ante iudicis filii suffraga- tem sententiam?

**N**on licet coniugi innocentis propria au- thoritate, iudicio Ecclesiae minimè expe- 312 Non licet. cto, debitum adulterio coniugi denegare. Quia negare debitum est peccata adulterij, ut docet Glos. c. Porro v. Separari, de diuorti. Ergo inferenda non est nisi per iudicem. Alias idem coniux innocens esset actor, & Index, sibi que iuri diceret in pro- pria causa contra l. Nullus, 33. cap. de iudicis & l. Vnicam. C. Ne quis in sua causa indicet. Et quia Lex univeralis ad causam particulari non applicatur nisi media iudicis sententia, cuius est me- tita causa discutere & accusationem actionis, exceptioneque rei perpendere. Cum ergo lex de diuortio a Christo Domino lata Mat. 19. qb adulteriū, sit generalis, omneque adulterium, ac vniuersos coniuges amplectetur, desiderabitur iudicis sententia, ut huic speciali adulterio com- moderetur. Sic Hugo relatus a Glos. c. Finali, v. for- nicationis adulteri, & Glosa docet esse valde probabile c. 1. d. Patronum 33. q. 1. Innocent. cap. penult. de adulteri. & ibi Anchiar. n. 4. Turrect. c. Agathosa super verbo, exorem 27. q. 2. Suppl. Ga- bri. in 4. dist. 35. q. vni. a. 2. concl. 6.

Licet coniugi innocentis certo de alterius adulterio debitum ei denegare, nec ad id desi- deratur adulterium esse publicum, aut praece- re Ecclesiae sententiam. Quia in re natura in ipso matrimonij contra ea est imbibita coiditio, ut fernant fides servetur, secus eam vio- lanti. Ita D. Tho. in 4. dist. 3. 5. quies. vnic. orr. 3. Bonav. ibi, Sotus dub. 36. q. vni. a. 3. concl. 1. Petr. Soto lect. 12. de mar. Henr. l. 12. c. 17. n. 1. Sa. v. Diuortium, n. 1. Ochag. q. 7. n. 1. Hurtad. dub. ii. diff. 7. Basil. l. 9. c. 18. num. 6. Rodrig. to. 1. sum. c. 24. 0. n. 4. Sanchez. l. 10. d. 1. 2. n. 5. & alij.

Q. Hanc

314 **H**anc sententiam probabiliorem esse reor.  
*Hac min. sen.* Quia conditione, qua in pacto imbibitur, non  
*seruata ob vno, alter pacifcens* & eo ipso li-  
*ber ab obligatione fidei in pacto presita, nec*  
*ad hanc assumptionem aliquid amplius deside-*  
*ratur, quam certa notitia fidei sibi fratre. Ergo*  
*coniux innocens certo sciens, sibi fidei adiulio*  
*adulterio, esse violatam, liber est a debiti redi-*315*  
*dendi obligatione. Præterea cum debiti abne-*minimis*  
*gatio intra priuatos parientes sit gerenda, & nō*  
*postulat publicitatem instar expulsoris a pro-*tit. 18.**  
*pria habitatione; non est cur notorium deli-*minimis*  
*ctum, Iudicis sententiam desiderat. Proferd*  
*alias cogeretur innocens, iniuriam sibi*  
*ab adulterio illatam condonare. Nam reddens*  
*condonat, ut infra videbimus.****

## D V B I V M X C V I I I.

*An si iudex sub excommunicatione late-*  
*sententia præcipiat coniugi innocentis cer-*  
*to scienti adulterium alterius occultum,*  
*quod nequit probare, ut illi debitum redi-*316*  
*dat: teneatur obediens?**

*T*enetur quidem. Quia Ecclesia iuste præ-  
*cipit, cum iuxta allegata, & probata illi*  
*nō constat, alterum coniugem reum esse adul-*317*  
*terio. Sic D. Tho. D. Bonau. Durand. Richar.*  
*Asten. D. Antonin. Syluest. Tabie. Turrec. re-*minimis*  
*lat. à Sancio l. 10. d. 12. n. 6. Armil. v. Matrimo-*  
*nium. n. 7. Palud. in 4. diff. 27. d. 3.*  
*Non teneatur.* Licit consultius est, tunc reddere, ut vitetur  
*excommunicatione in foro externo ad id mini-*318*  
*me teneret coniux innocens certus de alterius*  
*adulterio. Quia Ecclesia præceptum ex falsa*  
*præsumptione procedens minimi obligat in cō-*  
*scientia. Ita Abul. ad 1. 19. Mat. q. 7. 2. in solu. ad*  
*4. Sotus in 4. diff. 3. 6. q. vni. a. 3. Castr. l. 2. de lege*  
*pan. c. 4. Ledel. 2. p. 4. q. 6. 4. a. 3. Veracr. 3. p. Spec.*  
*a. 5. concl. 4. Petr. de Ledel. qu. 6. 2. art. 3. notab. 2.*  
*Barth. à Ledel. dub. 6. 7. concl. 3. Vega to. 1. sum. c.*  
*7. 8. casu 5. Sanch. citat.****

*Anterior ex-*  
*positio.* Existimo, innocentem coniugem ex natura  
*rei minime teneri obediens, nec esse coram Deo*  
*excommunicatum. Quia sententia illa, & præ-*  
*ceptum Iudicis falsa præsumptione innituntur*  
*(vii Doctores secundæ sententia affirmant)*  
*Vnde non obligant in foro conscientia, in*  
*quo veritas innocentii constat. At posse teneri*  
*scandalum vitandi ratione. Ideo que si breui pos-*  
*tit scandalum probare, cum tunc non magnū*  
*inde scandalum oritur, non tenebitur reddere: securi-*  
*sit longa mora sit necessaria. Quia tunc*  
*meritè graue scandalum orietur: eo vel maximè,*  
*quod infor defens in excommunicatione*  
*per annum, tanquam suspeitus de heresi sit*  
*habendus. Tridentino sel. 2. 5. c. 3. de reform. at-*  
*testante. Vnde cum obligatio hæc reddendide-*  
*bitum minime confurgat ex Iudicis præcepto,*  
*sed obligatione vitandi scandalum; iuxta scan-*  
*dalum ex negatione exortum, tempora-*  
*ris breuitas, vel diuturnitas, que ad probandum*  
*adulterium desiderantur, sunt expendenda. Por-*  
*ter si coniux innocens in loca aufugere remo-*  
*tiora, vbi scandalum omnino cessaret, minime*  
*reddere teneretur.*

## D V B I V M X C I X.

*An coniux innocens possit luite, propria*  
*authoritate ob adulterio diuertere ob*  
*adulterium publice notorum, ita ut*  
*adulteri restorationem minime petere*  
*valcat?*

**N**on potest esse licita separatio hæc fine *318*  
*Iudicis sententia. Quia separatio habita-*  
*tionis pena publica, ac præside publicum*  
*Ecclesiæ iudicium requirit. Esto, ex natura rei*  
*licere propria authoritate diuertere: at Ec-*  
*clesia iuste id interdicere potuit, ut interdictum*  
*e. Porro, de diuort. Nam cum Ecclesia conser-*  
*iente initum sit matrimonium, & quoniam est, ut*  
*eius dissolutori sue quoad vinculum, quando*  
*iniquidam reperitur: siue quoad habitationem*  
*per diuortium, cuiusdem Ecclesiæ authoritate fiat.*  
*Sic D. Tho. in 4. diff. 35. q. 3. m. a. 3. vbi D. Bonau.*  
*Duran. Supplem. Gabr. Richar. Comitol. l. 1.*  
*respons. moral. q. 34. Bellarm. l. 1. de matr. cap. 14.*

Licitia est coniugi innocentis ab adultero propria authoritate separatio quando adulteriu*319*  
*m est notoriū. Quia c. significat, de diuort. cō-*  
*niugi dimisso ob adulterium denegatur restitu-*  
*tio. Ergo liceat adulteri notoriū dimitti*  
*alias ad pristinam matrimonii plenam posses-*  
*sionem restituendus est. Ita Rosel. v. Diu-*  
*ortion. n. 12. Angel. v. Matrimonii. 4. n. 7. 6. Febur.*  
*go sum. conf. l. 4. tit. 22. q. 7. Brunel. de sponsal.*  
*concl. 30. declarat. 7. n. 1. Naur. J. 3. consil. tit. de*  
*corners. coniug. conf. 5. Victor. sum. de matrim. n.*  
*29. 20. Cordu. sum. q. 13. 8. Henr. q. l. 1. c. 17. n. 2.*

Profecto ut liceat coniugi innocentii expel-  
*lere adulteri ab habitatione propria authori-*  
*tate, non expectata Ecclesiæ sententia, *320**  
*ut in foro externo non competit adulterio re-*Basilius,**  
*stitutionis beneficium: desideratur, adulteri-*exp. 15. 16.**  
*um sic esse notoriū, ut nulla proflus*  
*tergiueratione valeat celari. Quia cum cōiux*  
*adulteri sit in possessione pacifica, ut illa coniugi*  
*innocentis propria authoritate spoliatur, si*  
*biique hac publica quasi pena absque Iudicis*  
*sententia inferatur, nec latim computat sibi*  
*restitutio: a quā est, ut ita notoriū sit adulteriu*321**,**  
*quod spoliandi causā præbet, ut oculis pateat.*  
*Certè tunc dicetur adulteriū publice, vel perle*  
*notum, quando Iudicis, & alius notum est; aut,*  
*quando adulteriū id sit professus in iudicio, etiā*  
*civilizat quando adulteriū publice cum adulteriū*  
*commoratur; aut quando est notoriū facti*  
*permanentis, ut si extet filii notoriū ex adulteriū*  
*habiti. Lege Sancium l. 10. d. 12. n. m. 1. 3.*  
*plures pro hac sententia referentem. Quis*  
*addo Hurtadum d. 11. diff. 6. Bonac. q. 4. pum. c.*  
*n. 10. Laym. 2. 10. p. 3. c. 3. n. 8. & 9. Coninch. dub.*  
*3. 3. dub. 1. n. 1. Villalob. 2. 15. diff. 3. n. 3.*

## D V B I V M C.

*An liceat, innocentis coniugi propria authoritate*  
*ab adulterio diuertere ob adulterium occultum,*  
*hanc expectata Ecclesiæ iudicio?*

**M**inime potest etiā secreto cōiux innocēs *321*  
*aut cīcere ē domo scēmā aut fugere nō habet*  
*partes*

partes longinas: sed cohabitare debet quo  
vique Ecclesia de adulterio iudicet. Quia id ex  
prefere decidit c. *Foro, de diuortio*, vbi consan-  
guinitas est notoria, in quo casu est ratio vir-  
gentior, ut liceat propria autoritate diuertere  
ob notoriem consanguinitatem: eo quod coha-  
bitando adhuc grauissimum peccandi periculum  
cum si coniuges sint vere consanguinei, atque  
ita matrimonium invalidum, sit eis copula pro-  
sus interdicta. Ergo a fortiori non licebit abs-  
que sententia Ecclesiae ob occultum adulter-  
ium diuertere. Sic prima sententia Doctores  
dubio proximo relati. *Basil. lib. 9. cap. 1. 8. num. 6.*

<sup>322</sup> <sup>littera</sup> Coniux innocens adulterij sui coniugis con-  
scius, potest in foro conscientiae, seculo scandalo-  
lo, ab eius cohabitatione diuertere, quamvis  
adulterium sit occultum: nec ad id aliqua Iudi-  
cis sententia desideratur. Quia Christus Dominus  
*Mat. 19. 19.* absolute dixit, licetam esse coniugis  
dimissione propter adulterium non distinguens  
inter publicum, & occultum. Et licet fiat  
distinzione c. *Significatio, & c. Porro, de diuortio*, in-  
telliguntur tamen hi textus in foro externo. Et  
quia in foro conscientiae est licita dimissio  
coniugis adulterii occulti quoad thorum, & de-  
betum coniugale reddendum, (vt vidimus:) Er-  
go, & quoad cohabitationem, si cesseret scandalo-  
lum: cum maior sit obligatio reddendi debiti,  
& ex illa cohabitandi obligatione consurgat.  
*Ita Sotus in 4. dif. 6. q. vii. a. 3. Narat. sum. c. 22.*  
*n. 23. Henr. l. 1. c. 17. n. 2. & alii, quos refert,*  
*ac sequuntur Sanch. l. 10. d. 12. n. 3. & 32. Ochag.*  
*trall. olim de martr. qu. 7. num. 1.*

<sup>323</sup> <sup>littera</sup> Cum his opinor, indicans id decidi c. *Dixit*  
*Dominus, 3. 2. quod est D. Hieronymi ad cap. 19.*  
*Mat. ibi: Vbi cùmque fornicatio est, vel fornicati-*Non tenetur.*  
onis suspicio libere dimittitur vxor. Nam ver-  
bum Liberè est canon late sententia, & deno-  
tata, nullam requiri licentiam, vel sententiam, vt  
late probat Tiraquel. l. si vnguam, v. *Reuertatur*,  
a. n. 34. v. que ad. 38. Iggitur, cessante scandalo,  
licetam esse hanc dimissione reor. Vt si vir  
conscius adulterij vxoris in partes longinas  
excedat, vbi matrimonium ignoratur. Quia tota  
ratio prohibitionis huiusce dimissione est  
scandalum. Vnde vbi matrimonium esset clan-  
destinum poterit innocens propria autoritate  
recedere. Quia scandalum cessat. Ceterum Ec-  
clesia compellente, vt innocens coniugem adul-  
terum occultum ad cohabitationem admittat:  
donec lis decidatur non tenetur parere inno-  
cens ex natura rei: sicut nec tenetur, quando  
Eccl. compellit, vt reddat debitum. Quia in  
viroque casu Ecclesia sententia falsa presump-  
tione inititur. At tenebitur parere, dum ad  
remotiora non se loca contulerit scandalis ratio-  
ne, quod in hoc eventu nunquam non excita-  
bitur cum separatio habitationis sit publica.  
Quod non contingit in debiti coniugalis ab-  
negatione, quae omnino est in occulto. Hinc a  
culpa excusat factum D. Iosephi, qui voluit a  
Deipara confortio recedere ob adulterij occul-  
ti suspicione. Quia occulta erat dimissio. (*Voluit* occulte dimitttere eam. *Mat. 1.*) & absque  
scandalis excitatione, quæ quidem in foro con-  
scientiae est licita.*

*Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. III. P. II.*

## D V B I V M C I.

*An vir tenetur, vxorem in adulterio per-  
sistenter dimittere ex precepto speciali.*

<sup>324</sup> <sup>Sub mortali</sup> *T*enetur sub mortali vir vxore in adulterio  
persistenter dimittere. Quia non diuertes  
ab ea, videatur multis nominibus criminis esse  
reus. Primo violans Ecclesia preceptum eam iubet  
dimissione c. si vir, de adulterio. ibi: *Si vir sciens*  
*vxorem suam deliquerit, quæ non egerit paenitentia-*  
*tem, sed permanet in fornicatione, vixerit cum*  
*illa reus erit, & eius criminis particeps.* Secundum  
quia scandali maximam exhibet anfam: omnes  
enim merito supicabuntur ipsum virum crimi-  
nis vxoris conscius ipsis conniure, patrocina-  
re, ac esse lenonem: consentire enim videatur  
etrandi, qui ad refecanda, quæ corrigi debent,  
non occurrit. *Consentire 8. dif. 3. Tertio, quia*  
*pericolo exponitur, ut proles sit incerta, & ille-*  
*gitim heredes illi supponantur: quod est contra*  
*bonum Sacramenti, & in graue damnum legiti-*  
*mi cedit haeresis. Sic D. Tho. in 4. dif. 3. q. vii.*  
*a. 2. Bonau. ibi. a. vni. q. 2. Richard a. 1. q. 2. & alii,*  
*quam plures, quos citat Sanch. l. 10. d. 3. num. 4.*

<sup>325</sup> <sup>Non tenetur.</sup> Non tenetur sub mortali vir vxorem per-  
sistenter in adulterio deserere si solam adulterij  
attendantur rationem. Quia diuortium est pec-  
na adulterii: ac proinde vir innocens eam subi-  
re poenam minimè tenetur. Adde, diuortium  
est inductum in innocentis fauorem, & adul-  
terii supplicium ob iniuriam innocentis illatam,  
atque adeo propter virum vir est, posse diuertere:  
Ergo potest suo iuri cedere, ac condonare iniuriam.  
Ita Sanch. *citat. n. 6. afferens* *seminem de*  
*ha conclusione dubitare.*

<sup>326</sup> <sup>Hoc est p. n. 1. cap. 5. & 19. etiam probabile.</sup> Equidem nullum extare preceptum diuertendi  
ab uxore adulteria pertinaci, & quantum-  
cumque publica, existimo. Quia Cap. 5. & 19. *Hoc est p. n. 1. cap. 5. & 19. etiam probabile.*  
Mat. vbi Christus Dominus explicit, diuortium  
esse licitum, ratione adulterii, id non pre-  
cepit, sed tanquam licitum permisit. Atamen  
ex duplice capite potest ortum habere obligatio-  
tis viri circa adulteria vxoris dimissione. Aut  
ex precepto scandali vitandi: vt quando reni-  
tens, eam dateret anfam supicandi, suo consensu  
adulterium admitti; aut ex precepto correctio-  
nis fraternalis quod vir tanquam caput omni  
modo sibi possibili corrigeret vxorem teneatur.  
Quare vbi spes est, fore, vt ab ea diuertendo  
resipiscat, videtur ad id teneri. Vnde omnes Do-  
ctores ad adulterum ex his duobus preceptis,  
(non ad dictum, & speciale dimittenda vxo-  
ris adulteria pertinacis,) vel ad ydumque refe-  
runt obligationem hanc, & inde eam deducunt.

## D V B I V M C II.

*An vir tenetur, vxorem adulteram iure  
dimissam (si tenetur) ad suam pristi-  
nam amicitiam reuocare.*

<sup>327</sup> <sup>Sub plana</sup> *T*enetur plana. Quia per Caput Ex literis  
de diuortio, compellendum est vir ad vxo-  
rem adulteram resipicentem admittendam, vt  
ipsius incontinentiam vitet, per cap. si vir, de  
adulterio, vbi dicitur, virum debere sibi recon-  
ciliare.

# 184 Theologie Moralis. Lib. XXVI.

ciliare adulteram emendatam. Et D. Augusti, l.2.de adulterio.coningat.cap.5.cuius dictum referatur cap. Quod autem, 32. qu. 1. ibi: Quis non intelligat, debere maritum ignorare, quod videt ignorisse Dominum. Porro charitatis lege veniam petentem, ac resipiscit remittendum. Sic Veracruz, 5.p. sive art. 6.concl. 3.

328  
Minime re-  
negar.

Minime tenetur. Quia etiam penitentia adulterij facta, potest adultera accusari ex cap. Admonere, quod est. Stephani Pontificis 33. question. 2. & ex cap. De Beneficio 32. quest. 1. Et constat cum possit adulterium admisum ante Baptismum coniugis iam baptizati ad iudicium deduci, quo diuortium célébretur: vt probat Sanch. l. 10. d. 3. n. 5. Et quamvis in Baptismo discordent Auctores, eo quod sit noua quædam generatio: at circa penitentiam id omnes Theologi fatentur. Ita D. Thom. in 4. dist. 35. q. viii. a. 6. ad 2. Hostien. c. fin. n. 1. de diuort. Durand. in 4. dist. 35. q. 2. art. 2. n. 2. Petr. de Soto leit. 1. 2. de matr. Henr. l. 11. c. 17. num. 2. & 3. Petr. de Ledes. g. 62. c. 6. concl. 1. Sanch. l. 10. d. 1. num. 1.

329  
Hoc mihi  
carum.

Hoc mihi computum. Nam cùm cap. si vir, dicitur, virum debere sibi reconciliare adulterum emendatam, explicat ibi Glosa ab omnibus recepta de honestatis debito, & eodem patet intelligendus est Augustinus citatus. Fato, charitatis lege remittendum esse recipi- centis, veniamque petentis piaculum. Sed id verum existimo, quo ad animi odium, & aliqua externa benevolentia signa; secus quoad penas delicto debitis in iudicio exigendas. Quod si vir iuret vxori, se an minimè accusatur de futuro adulterio: non valit pactum, nec iuramentum, quoad accusationem criminalem: sed quoad ciuilem ad diuortium, & doxem petenda. Nam in priori casu agitur de iuris publici renunciatione: & datur anla vxori libere delinquendi, impunitate promissa, inter est enim Reipublicæ delicta puniri. In posteriori autem de renunciatione iuris priuati, ac iniuria, & lucro ipsius viri.

rius libidini va et, deterioreque efficiatur. Ita

Sotus in 4. dist. 6. q. viii. a. 1. concl. 2. Ledes. l. p.

4. q. 6. a. 2. Palad. in 4. dist. 35. q. 1. art. 3. concl. 4.

n. 2. 2. D. Antonin. : p. 11. c. 20. §. 9. Rosel. verb.

Debitum, n. 16. Sanch. lib. o. d. 13. n. 8. & video

tenere Abul. ad 6. 19. Mat. q. 7. 1. Victor. sum. de

matr. n. 290. Petr. de Soto leit. 12. de matr. Bar-

thol. de Ledes. dub. 6.

His hære Doctoribus. Quia vbi vxor, viro

sciente, ita fronte perficata in adulterio perfici-

ta, per cuius, ut mediis adhibitis hisce, ne trahi

nequeat, virum despiciat ardentiūque diligit

amissum: unde tantum abest, ut expulsione à

viri consortio tristitia affecta ad se redeat, quin

potius triumphum ager, liberiorēque vitam,

vt veneri vacer, libentissimè amplectetur.

Quod si in casu rarissimo contrarium sper-

ter, res morales, ac de moribus institutæ dis-

cepta tradita non casus metaphysicos, & præ-

ter communem spem, sed in plurimum contingentes respiciunt. Nam ad ea, ff. de legib.

## DVBIVM CIV.

An obligatio dimittenda vxoris in adul-  
terio persistens, oriatur ex prece-  
pto vitandi scandali?

Non oritur ex vitandi scandali præcepto.

Quia ex constitutione Ecclesiastica aperte

rebus obligatio viri, ut vir sciens

uxorem suam deliquerit, que non erit pa-  
nitiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum il-

la, reus erit, & eius criminis particeps. Et cap.

Quemadmodum, & vultum, de irreiur. idem habe-

tur. Sic Ioan. de Friburg. sum. l. 4. iii. 2. qu. 48.

Henric. c. final n. 4. de adul. Monald. sum. n. 10. de

eff. mar. Rosel. v. Debitum, n. 15. Syluest. ibi,

qu. 10. Armil. num. 16.

Oritur ex præcepto scandali vitandi: ne vir

cenfatur coniuiens, & patrocinans vxoris

adulterio. Quia aut consurgit hæc obligatio

ex præcepto correctionis fraternæ, aut vitandi

scandali, aut ex Ecclesiæ præcepto.

At non consurgit ex correctionis fraternæ præcepto,

vt dubio 10; probau. Nec ex præcepto Ecclesiæ, nam c. si vir, & c. Quemadmodum, pro

prima sententia relati, & alij, qui solent afferri

in initio presumptione: consensus viri in

vxoris adulterio; ac proinde ad vitam eam

suspicionem, & caendum scandalum, consti-

tutum textus illi, eam faciendam esse dimissio-

nem: non nouum præceptum imponendo, sed

declarando naturale, de vitando scandalo, quod

ex ea suspicione oritur. Vnde tanta obligatio

hæc ad præceptum de vitando scandalo est re-

ferenda. Ita Palad. in 4. dist. 35. q. 1. a. 3. concl. 4.

n. 23. Suppl. Gabri. q. viii. a. 2. Palac. dno. D. An-

tonin. 3. p. 11. c. 20. §. 9. Sotus in 4. dist. 36. q.

vi. art. 2. & alij. Sanch. l. 10. d. 13. num. 10. asse-

tit, id omnes fecerit Doctores proferter.

Idem affero, adiiciens, audiendos non esse

Cardinalem cap. si vir, & Anton. ibi, afferentes

satisfacere huic obligationi virum, si vxorem

tanquam sororem retineat. Cum enim obliga-

tio hæc oriatur ex præcepto cauenda suspicio-

nis consensus viri in vxoris adulterium, & scâ-

dali inde exorti, nec vicinis notum esse possit,

an

## DVBIVM C III.

An vir teneatur, ab adultera vxore diu-  
tere, eique debitum abnegare ratione  
præcepti correctionis fraternæ?

330  
Tenetur ex  
præcepto cor-  
rectionis fra-  
ternæ.

Non tenetur

Tenetur ex correctionis fraternæ præ-  
cepto. Quia vir tanquam caput obligatur  
vxorem corrigerem omni modo sibi possibili-  
vile. Vnde vbi adeat spes, fore, vt ab ea diuertendo  
resipiscat, ad id plane tenetur. Sic D. Tho. in 4.  
dist. 35. q. viii. a. 2. in corp. D. Bonau. ibi. a. viii. q. 2.  
Caet. Opus. 10. i. tr. 29. deredendo debito, al-  
tero coniuge adulterante, q. viii. Syluest. v. Debi-  
tum, q. 10. Armil. ibi. n. 16. Couar. 4. Decretal. p. 2.  
c. 7. §. 2. n. 4. Manu. tom. 1. sum. c. 240. concl. 6. n. 6.  
Petr. de Ledes. q. 6. 2. a. 2. concl. 2.

Non tenetur diuettere ex correctionis fra-  
ternæ præcepto. Quia ei plenè satisfacit vir  
vxorem admonens, & peccatis inferni illi pro-  
ponens, eam deterrens, parcerque puniens mo-  
do sibi permisso. Quod si hæc non sufficiant,  
nulla superest moraliter loquendo emenda-  
re spes, id creditur, fore, vt dimissa à viro, libe-

an eam, ut vxorem, an ut sororem retineat: sic, ea retenta, non cessabunt scandalum, ac suspicio.

D V B I V M C V.

*An si scandalum ab sit peccet, lethali ter  
vir, retinens uxorem in  
adulterio persisten-  
tem?*

336 **L**ethaliter delinquit. Quia dum vxor adulterio vacat, &c a proprio viro deinceps ad est periculosa incertitudinis prolis, & falsos heredes supponendi. Sic Petr. de Ledes. *qu.6.2.*  
ART. 1. CONCL. 2.

337 Non delinquit lethaliter. Quia ad hoc vi-  
tandum periculum non tenetur vir adeo acer-  
bo, vel medio vte:io vel maximè quod nulla est  
correctionis spes: vnde aut ratione huius peri-  
culi vitandi, debet vir semper ab eius consortio  
separatus manere: aut quando eam ad se reno-  
vabit, idem erit periculum. Ita Sanch. l. i. o. d. 13.  
RHM. 12.

Hoc tenendum, nec enim viro culpa tribui  
debet ea prolis incertitudo, cum ipso tentente,  
et media fuaua, ad qua tenetur corrigendi  
gratia adhibeatur, adhibente, id accidat. Nec  
obscurum est mihi indicium, ut hanc obliga-  
tionem ex hoc capite non confusgere credam:  
quod Doctores antiqui quam plures de hac re  
diferentes, illius non meminerint; sed scandali,  
& correctionis.

D V B I V M C V I.

*An cum adulterium coniugis ita occultum est, ut probari non possit: teneatur adhuc vir eam dimittere, debitumque abnegare sub mortali?*

339 **Q**uamvis adulterium vxoris sit occultum,  
Tunc di- **S**i vir sit conscientius, tenet eam dimittere,  
natur q- debitu[m] denegare, & id non agens lethali-  
mo. ter delinq[uit]. **Q**uia agit contra Ecclesie con-  
stitutionem. Sic Angel. v. *Debitum, num. 8.* Sylvest.  
*ibid.* q. 10. *Armill, num. 4.* & 16. *Ioan. de Friburgō*  
*sum. 1. 4. iii. 2. quaf. 48.* **Q**uamvis hic solam peti-  
tionem debiti damnet, in hoc casu, non autem  
redditionem.

Non tenetur vir conscientius adulterij vxoris, si adulterium adeo occultum sit, ut nequeatur probari. Quia tunc cessat scandalum ratio: & alius suuarioribus mediis est cognoscitur, ne detur anima, ut ipsa conqueratur, & adulterium occultum divulgetur. Ita Sotus in 4. dis. 36. q. vni. 2. p. 21. concl. D. Bonau. dis. 35. a. vni. q. 2. Durand. ibi. q. 1. a. 3. n. 6. Verat. 3. p. spec. a. 2. concl. 2. Mani. tom. 1. sum. c. 240. concl. 7. num. 7. Sylvest. v. Matrimonium 5. q. 6. Arml. num. 75. Tabic. v. Matrimonium 4. q. 3. n. 4. Sanch. l. 10. d. 13. n. 14. & alij apud ipsum.

Hoc crediderim, verum esse, quannius adulterium probari possit, nisi publicum sit: non enim tenetur tunc vir vxorem dimittere. Nec quannius vir sit infamatus publice, nisi com-  
Eccob. & Mon. Theol. 1. 1. 1. T. 1. 1. 1. 1. 1.

13.11.14. & alij apud ipsum.  
Hoc crederim, verum esse, quamus adul-  
terium probari possit, nisi publicum sit: non  
enim tenetur tunc vir vxorem dimittere. Nec  
quamus vxor sit infamata publice, nisi com-  
Eccob. & Mord. Thes. Moral. Tr. III. p. 11.

muniter credatur, infamiam esse veram. Ut be-  
ne annotat Abul. ad cap. 19. Mat. quæst. 7. Nec  
tenetur etiam vir à petitione, aut redditione de-  
biti abstinere, dum adulterium non est publi-  
cum, sicut nec diuertere tenuerit. Quia diu non  
est publicum adulterium, cestor commune sca-  
dalum, quod est huicse obligationis ratio. Et  
licet pauci aliqui norint, atque ita adulterium  
probari valeat, facilissimum est paucis illis satis-  
facere, certiores illos faciendo, vxorē non di-  
mitti, ne adulterium euulgetur. Certe negare  
debitum vxori, dum domi retinetur, nil condu-  
cit ad scandalum amonendum. Imò si ad eius  
correctionem conducat, non tenetur vir eo vi-  
medio ad eum finem asequendum.

DVBIVM CVII.

*An vir teneatur, pertinaci adultera necessaria  
alimenta denegare?*

**T**enetur quidem. Quia vir tribuens illi necessaria alimenta, persistendi in peccato animam exhibet. Et **vilius** esurienti **panis** tollitur, **si de cibo** securus **institutum** negligat, **quam** esurienti **panis** frangatur, **et** insufflatur **seclusus** acquisit, **aut** **Authore** **D. Augustino** **ad** **Vincent.** **Donatil.** & **refertur** **cap.** **Non** **omnis**, **5.** **queat** **5.** **Sic** **Abbas** **cap.** **si** **vir** **sumus**, **2.** **de** **adulter.** **Angel.** **verb** **Debitum**, **num.** **9.** **Sylvest.** **ibi**, **qu. 10.** **Temperat** **Angel.** quando alimentis denegatis **vix** **corrigetur.**

Minimè tenetur. Quia est medium acerbis sumum alimenta denegare, nec correctionis præceptum ad id obligat. Eo vel maximè, quod moraliter loquendo, efficieretur obinatior, ac deterior vxor ita percita, ac vehenit furore: prostitueretur corpus suum, ut victum quereret. Ita Ioan. Andreo c. si vir. n. 1. Anton. ibid. n. 3. Cardin. ibid. initio, & dicit, id esse verius Anani. n. 4. Sanch. l. 10. d. 13. m. 37.

Idem affirmo, iudicans, vitium hand vxori pertinaci tribuens necessaria alimenta ansum ad delicta præbere, cum nec eum animus gerat alimenta exhibendo, nec ea denegare ad finem

DVBIUM CVIII.

*An vxor innocens teneatur?, similiter di-  
uertere à viro in adulterio persi-  
stente?*

T **Enetur** planè. **Quia** D. Chrysoft. (vt refer- 345  
tur c. si quis vxorem, el. 1. 32. q. 1. exp̄s̄c̄ ait **Tenetur** p̄t-  
virum, & vxorem non ad imparia iudicari quo n̄d,  
ad obligationem diuertendi proper persu-  
stiam alteritris in adulterio. Sic ibi **Gloss.** **verb.**  
**Non ad imparia.** Et quando est emendæ spes vi-  
ri, teneri vxorem, si illi monitus, non desistat,  
adhibere p̄sonalem medicinam abstinentia ab  
eius concubitu, docet **Caier.** **Opus** c. **tom.** 1. **sr.** 29°  
de reddit. debi. altero coniuge adulterante, q. vnic.  
& in sum. v. **Matrimonio**, c. vlt. vers. 10. **Pedra-  
za** sum. pr. c. 6. §. 18. Et non debet vxorem par-  
ticipem afferit **Archid. c.** **Ir coniugio**, 32. qu. 1. n.  
1. Et exp̄s̄c̄ peccare lethaliter vxorem habet-

# 186 Theologiæ Moralis. Lib. XXVI.

ter rem zum eiusmodi viro tradit Bertchin.  
in Dictionar. lister. A. verb. Adulter. & Monal.  
sum. vbi de matrim. ius. de effectu matrimoni. ad  
finem.

346 Non tenet. Quia cum sit viro subdita, nō  
Non tenet. est moraliter spes correctionis viri, sed timor  
peioris exitus, si ab uxore dimittatur. Et cessat  
scandalum. Ita Suppl. Gabriel. in 4. dist. 35.  
quænic. art. 2. concl. 4. Palac. ibi. d. vnic. Nauar.  
sum. cap. 22. num. 21. Barthol. à Ledef. dub. 66.  
concl. 1. Petr. de Ledef. qu. 62. art. 2. Philiarch. de  
Offic. S. Iord. tom. 1. p. 2. l. 4. cap. 19. vers. 4. Petr.  
de Soto l. 1. de matrimoni. Adiungunt tamen  
teneri ad id uxorem, vbi spes est emenda. Quia præceptum correctionis fraternæ ipsam  
obligat, ut media sibi possibilia adhibeat, ut  
vir ab adulterio resipiscat.

347 Adulterio re-  
soluto. Ego autem existimo, nunquam uxorem hoc  
præcepto dimittendi viri in adulterio pertinacis, aut ab actu coniugali abstinendi adstringi.  
Quia obligatio viri ad dimittendam adulteriam pertinacem ex solo præcepto vitandi scanda-  
li exoritur. Quod in uxore non dimittente virum, nec ei debitum abnegante, cessat profus. Cum omnibus sit manifestum, uxores eger-  
rimè ferre, ut viri alii commisceantur, & zelotyia exurire, nec potestem habere cohibendi  
vitios, quia subdita sunt. Ita obligatio hæc in  
viris ex correctionis fraternæ præcepto con-  
surgenter, (quod suprà negavit) id non adstrin-  
geret uxorem, eo quod, licet corrigerem verbo,  
vbi est emenda spes, omnibus incumbat: at fa-  
cto ipso, penam inferendo, solum est superio-  
ris. Abnegare autem debitum, & recedere à  
consortio coniugali, est facto ipso corripere, &  
adulterij pena virum punire. Ergo correctionis fraternæ præceptum non obligat uxorem,  
qua viro est subdita, ut virum corrigit, ea pe-  
na plebendo: quamvis uxor innocens ratione  
fidei sibi non seruata à viro adulterante possit  
id efficere.

## DUBIUM CIX.

An copula habita à coniuge innocentem cum adul-  
tero ante diuortij sententiam, sit adulterij con-  
donatio?

348 Nonnulla  
suppono. Remitto, reconciliationem coniugis adul-  
teri duplum esse, vnam expressam, alteram tacitam. Expressa est, quando expressè remittitur adulterium, de qua loquitur textus l. si  
maritus 15. s. si negauerint, ff. ad l. Ita. Tacita  
verò est, quando facto ipso animus condonandi indicatur. Nam facta non minus, quam verba animum indicant, l. si tamen, 18. ff. de adulterio  
editio. Quasierim igitur circa tacitam condonationem, an copula inita cum adultero coniuge sit tacita adulterij condonatio, ita ut ratio-  
ne illius diuortium celebrari nequeat: aliave  
accusatio criminalis, aut cibulis intentari?

349 Non est adul-  
terij condona-  
tio. Non est reconciliatus coniux adulter, nisi  
copula illa habita sit post diuortij sententiam.  
Vnde coniux innocens reddens debitum con-  
iugi adultero, petenti ius habet adiudic, ut pos-  
sit in posterum adulterium ad Iudicem crimi-  
naliter, ac ciuiliter deferre, & ratione illius di-  
uertere. Quia redditio debiti debet esse spon-  
tanea: at petenti adultero tenetur innocens

debitum reddere. Sic Gloss. i. v. Patrolius, 31.  
q. 1. Innocent. c. permitt. & adult. Ancha. c. finali,  
eodem titul. num. 4.

Coniux innocens copulam gerens etiam  
ante Iudicis sententiam cum coniuge adulter. <sup>350</sup> Ei condonare adulterij iniuriam, & ad pristi-  
nam amicitiam coniugem adulterum etiam  
occultum reuocare: vnde deinceps non est si-  
bi integrum diuertere, idve adulterium ad iu-  
dicium criminale, aut ciuile deferre. Quia id  
plures textus manifestè decernunt, leg. Crimen,  
11. Codic. ad leg. Julian. de adulter. ibi: Crimen  
adulterij maritum, retenta in matrimonio uxore,  
inferre non posse, nemini dubium est. Et leg. Qua-  
suum 40. §. item queritur, ff. ad leg. Julian. de  
adulterio ibi: Respondi, enim, qui post crimen adul-  
terij intentatum, eandem uxorem reduxit, defi-  
nitio videri: Et ideo ex eadem lege postea ei ius  
accusandi non superesse. Et l. Regia 8 tit. 17. p. 7.  
ibi: Si despues que la muger ha hecho el adulterio,  
la recibe el marido entu lechoso, la tiene en su casa  
como a su muger, non la podra despues acusar. Et  
ratio est, tu, quia copula est actus amicitiae, &  
omniu spòranea, nō enim innocētis eō iuxta certus  
de adulterio tenetur debitum adulterio red-  
dere quantumcumque occulto. Tum etiam  
quam cum ratio diuortij celebrandi ob adul-  
terium sit diuilio carnis coniugis adulteri in  
aliā c. Dicit Dominus, 31. q. 1. &c per copulam  
post habitam cum coniuge restitutus caro di-  
uifa adulteri ad pristinam viuionem, atque ite-  
rū efficiatur vna cum carne innocentis: id  
est, ut matrimonium separatum ob carnis divi-  
sionem instauretur, carne iam efficta vna per  
coniugalem copulam: ac subinde scienter, &  
sponspē habens eam copulam cum adultero,  
censetur, abolita priori adulterij iniuria, pacem  
perficiere. Ita Henriquez l. 11. c. 17. nu. 5. ca. 6.  
Barth. à Ledef. dub. 67. concl. 1. D. Antonin. p. 3.  
tit. 1. c. 21. §. 5. Durand. in 4. dist. 35. q. 1. art. 2. n. 7.  
Lud. Lop. p. 1. Infruct. cap. 295. Rofel. verb. De-  
bitum, num. 13. D. Bonavent. Abul. Petr. de Soto,  
Veraci. Barbo. Cenedo. Bellarm. Angl. Vega, &  
alii plures, quos refert, explicat, & sequitur  
Sanch. l. 10. d. 14. n. 7.

Idem affero, adiiciens, non referte, an ea co-  
pula contingat ante, vel post diuortium cele-  
bratum. Quia casu in utroque reconciliatio  
censetur, nec imposterum fas exit innocentis in-  
diuortio perfistere: rationes enim pro nostra  
sententia expositæ in utroque æque probant  
eventu: ut docet Sotus in 4. dist. 36. q. 1. vnic. art.  
casu 6. Barth. à Ledef. dub. 67. post 3. concl. & alii.  
Duplicem verò conditionem desiderari mo-  
nuerim, ut copula post adulterium habita cen-  
seatur illis condonatio, ac proinde ius diuer-  
tendi, accusandique extinguatur. Prior est, ut  
coniux innocens sit adulterij consilus l. 5. tit. 7.  
l. 4. fori Regi. Quia nulla est remissio, vbi est igno-  
rancia iniurie iuriique competentis. l. Mani-  
festissimi, 2. C. de furis, l. fin. C. de conditi. indeb.  
& actus agentium ultra eorum intentionem  
non operantur l. Non omnis, ff. certum petatur.  
At intentio non potest haberi, vbi adest igno-  
rancia. Posterior est, ut sponte sit habita copula.  
Quia hæc condonatio proficiat debet ex libe-  
rali innocentis volūrā, at in necessitate nemo  
liberalis presumit, l. Rem leg. atam, ff. ad adm.  
legat. Hinc deduxerim, innocentem redden-  
tem

## Sectio II. Dubia, De Diuortio.

187

zem debitum Ecclesiæ præcepto compulsum  
minime videri remissibile, non amittit ius  
diuinit, & accusandi criminaliter, aut ciuiliter.  
Nec esse condonationem, quando vxor  
reddit debitum viro adultero grati eius metu  
tu perculta. Quia cessat liberalitas. Nec esse  
condonationem, si coniux innocens redat  
adultero eo quod existimat, se ad id tenerit,  
aut decepitus est ab aliquo id docente, alias  
tamen redditur. Quia deficit spontanea vo  
luntas. Ceterum centeo, reconciliationem de  
putata factam, ad adulterium condonatum, si  
innocens scienter, & sponte, nulla necessitate  
etiam honestatis compulsus familiarem se ex  
hibeat adultero, ut simul ludendo, ridendo,  
comedendo. Vnde oscula, & amplexus scienter,  
& sponte cum coniuge adultero habita esse à  
fortiori condonationem adulterij non dubio.  
Quia sunt actus coniugales.

D V B I V M C X.

An deat, compensatio se coniux alter  
adulterij spiritualis reus fit, ab-  
ter carnalia: ita ut neu-  
ri diuertere li-  
ceat?

ta's is n'ulto grauius delictum est quacumque  
carnali: Ergo xequum non est, vt haec delicta  
compenserentur. Admittunt autem huius senti-  
entia referendi Doctores coniugem reu' cuius-  
cumque carnalis fornicationis posse suum de-  
lictum compensare cum fornicantes spirituali-  
ter, & repelere hunc potenter diuortium ra-  
tionis adulterij carnalis, obiciendo ei adulter-  
ij spiritualis ipsius exceptionem. Quia leu-  
ris criminis reus existit. Sic Palud. in 4. dist. 35.  
ques. 1. art. 2. casu 1. numer. 1. Supplem. Gabriel.  
ibi. ques. 1. art. 2. pos. 1. preposit. casu 1. Castro  
lib. de leg. pson. cap. 4. Quand. in 4. dist. 35. que-  
sti. proto. Palac. imbi. d. vni. Qui tamen limita-  
tis, nisi haeresis sit occulitus, adulterio vero ma-  
nifestus. Tunc enim forsan, ait dabitur hinc  
inde compensatio: eo quod adulterium ratione  
illius circumstantia aggrauetur, haeresis vero  
malitia minatur.

Ego quidem neutram sententiam omnino approbo. Non priorem, quia nondum lata est sententia aduersus haereticum: & tunc manifestum est non posse adulterum vii compensatione illius haeresis exceptionem obiciendos; quia ut ratione compensationis denegetur diuortium, allegato delicto illud perentis, desideratur utriusque coniugis delictum esse sufficiens diuortij causam: at haereticus ante sententiam non est sufficiens causa diuortij, nisi ad tempus, dum deest emenda: & illa existente, nullomodo. Non ergo datur compensatio adulterii cum illa haeresis, sed integrum erit haereticus non dum damnato diuertere ab adulterio: non tamen est contra nisi ad tempus, quod non corrigitur. Aut iam lata est sententia aduersus haereticum: quod in eventu utraque fornicatio est sufficiens causa diuortij. Et neque in hoc causa diu compensationem inde mihi persuaderem, quia longe diuersa est ratio diuortij in utroque delicto in carnali enim fornicatione est ratio fides violata, & caro in alia diuisa in spirituali vero quod in peccatum haereticus damnatus absolutus Catholicus a fidelitatis debito. Si Ergo Catholicus adulterio petat diuortium ratione haereticis damnatae, non poterit haereticus quasi compensatione utens, obiciere illi fidem violatam coniugij per adulterium. Non enim adulterio tuerit se, quo diuortium velit violatione fidei coniugalis alterius, ut vel sic possit alter allegare eandem fidei violationem adulterio potestis diuortium, sed intendit diuortium, eo quod haereticus iusta sententia illo damnatus est in sui delicti peccatum. Adulterium vero alterius haereticus peccatum non tollit. Nec posteriori approbo. Quia ad diuortium non attinet gravitas delicti in se, sed in ordine ad matrimonium. At in ordine matrimonium est gravius adulterium carnale, maioremque iniuriam illi irrogat, propterque illi adueratur. Itaque mecum iam expono sententiam. Si haereticus est iam damnatus potest libere diuertere ab adulterio, & hic ab illo, nulla quedam compensationatio inter haec crimina, si autem non sit damnatus, integrum est illi diuertere ab adulterio: adulterio id nequibus, nisi dum haereticus non resipiscit: ita tamen ut ad ipsum resipiscientem redire teneatur, donec sententia ipsius haereticis condemnans accedat. Et ideo non dampnificationem inter huiusmodi fornicationem.

¶ Cicum de fide est ob alias causas aliquas licitum esse diuortium, quando adulterium carnale. Sic definit contra Kemnitium, ac alios haereticos id abnegantes, Trident. ses. 24. can. 8. si quis dicterit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas, separationem inter coniuges quod ad thorium, seu quoad cohabitationem ad certum incertumve tempus fieri posse, decernit, anathema sit. Porto vna ex praecipuis hilice causis est spiritualis fornicatio. Vnde lapus vnius coniugis in infidelitate, vel heresim sufficiens est causa ad gerendum diuortium. c. fin. de coniug. coniug. Probat id dicterit Sancius l. io. d. 15. per tom. et Basili. l. 9. e. 2. Qui bene contra alios edocent, causu quo innocens iudicio Ecclesie sit a coniuge haeretico separatus ob heresim, non tenet postea eum admittere, quamvis iam emendatum. Quod si igitur, num debet compensatio, ut neutri coniugi diuertere licet, si alter sit carnalis adulterij alter vero spiritualis reus?

333 vero spiritualis reus?  
Datur compensatio, ita ut neutri coniugi  
disterre liceat. Quia viratra fornicatio est  
sufficiens causa diuinitati, idemque quoad illud  
operatit: Ergo à fortiori idem operari debet  
quoad reconciliationem, & compensationem.  
Proniora enim sunt iura ad coniungendum,  
quam ad separandum. cap. i. fin. vi. līte non  
contest. Sic D. Antonin. : p. tit. i. c. 21. §. 6. Syl-  
uest. v. Matrimonio, qn. 9. q. 8. §. 8. & verb. Diu-  
nium, qn. 11. §. 14. Rotel. ibi, n. vlt. Aramil. n. 9.  
Gregor. Lop. libr. 8. iurul. 2. part. 4. & alij  
alij

Spiritualiter adulterans non potest uti compensatione quantumuis correctus sit ratione adulterij carnalis alterius coniugis. Quia ad iustum compensationem desideratur aequalitas inter res compensandas: At fornicatio spiritu-

tiones decet Bald. c. 1. qualiter debet vasallus  
domino fidelitatem.

directè, ac principaliter in alterius favorem in-  
flicta, ut ex secundæ sententiae fundamento  
constat, cui libens adhæreo.

## DVBIVM CXI.

An detur, compensatio si vièrque  
coniux fuerit lapsus in  
hæresim?

<sup>356</sup> *Datur quidam compensatio.* **D**atur equidem. Quia ideo dum vièrque  
coniux est adulterij carnalis reus neutri  
datur ius diuortij: nam paria delicta mutua  
compensatione abolentur: Ergo dum vièrque est  
adulterij spiritualis reus dabitur similius com-  
pensatio: nec enim iure optimo alteri poterit  
crimen obiciere, quo ipsem est infectus. Sic  
Goffred. sum. titul. de adulter. numer. 6. & titul.  
de diuort. num. 14. Hostiens. ibi, numer. 10. Ioan.  
Andr. c. fina. numer. 4. de conuers. coniu. Anton.  
ibi, numer. 4. Abbas in fine. Anchæ. numer. 3. Syl-  
vest. v. Diuortium. q. 11. §. 14. Rosel. n. vlt. Armil.  
n. 9. & alij.

<sup>357</sup> *Non datur.* **N**on datur compensatio, si vièrque sit lapsus  
in hæresim: unde qui hæresis damnatus non est,  
poterit à damnato & reconciliato diuertere: hic  
autem minimè ab illo nisi ad tempus, dum re-  
fipiscit: & tenetur ad refipiscendum redire, do-  
nec condemnetur. Quia in condemnato in-  
veniuntur sufficiens causa diuortij perpetui: in  
non condemnato autem solum ad tempus. Si  
vièrque hæresis sit damnatus, integrum  
erit vièrque, altero inuitio, diuertere, donec mu-  
tuo consensu ambo ad pristinum matrimonij  
statum, & concordiam redeant. Quia non sicut  
inter duo adulteria vièrque coniugis datur  
compensatio, ita inter hæ delicta hæresis: Nam  
diuortium ratione adulterij est profus in fau-  
re coniugis solus innocetis, ita ut ipse hanc pœ-  
nâ adulterio valeat infligere. Quare vbi alter nō  
est innocens eo priuilegio minimè gaudet. At in  
hæresi nō datur diuortio principaliter, ac directe  
in alterius coniugis favore: sed in delicti pœna,  
eo quod debitam fidem hæreticus non servavit  
Deo, punitur in eo quo reus fuit, & ita absolu-  
tur alter à fide coniugali ipsi debita quamvis  
indirectè, & consecutivè (vt aiunt) ea pœna in  
alterius cedat favorem. Porro eo quod alter cō-  
niux eandem pœnam incurrit, non eximitur  
prior à pœna, in quam semel incidit. Nullibi  
enim cautum inuenitur, ut ius per pœnam emis-  
sum recuperetur altero obnoxio eiusdem pœna:  
sed vièrque pœna illa puniatur. Nec illa pœna  
imponitur ab altero coniuge, vi in adulterio  
caruali contingit, in quo pœna diuortij, & pri-  
uationis iuris debitum exigendi, imponenda est  
ab innocentis: sed imponitur ab ipsa Ecclesia in-  
dependenter ab alterius coniugis voluntate:  
quamvis possit alter cā remittere sibi coniugē  
damnatum reconciliando. Ita Sapientissimus  
Tho. Sanch. l. 10. d. 16. n. 4.

<sup>358</sup> *Cum hu op.* **T**ota difficultas in eo sicut sit, quod iam sint pa-  
ria delicta: ac proinde mutua compensatione  
abolenda. Ad quod respondeo, paria delicta  
mutua compensatione aboliri, intelligendum  
esse, quando pœna delicto correspondens est

## DVBIVM CXII.

An licitum sit diuortium ob mul-  
ta alia crimina, etiam si eis  
coniux ad peccandum  
non induca-  
tur?

**L**icet coniux coniugem ad delinquendum licitum <sup>359</sup>.  
non inducat, licitum est diuortium ob alia  
crimina adulterio paria, quibus alter coniux sit  
implicatus. Quia fatur D. Augustinus libr. 1. de  
serm. Dom. in monte. c. 28 & referunt c. Idololatria  
8. q. 9. Ex quo intelligitur, quod propter illi-  
citas concusifcentias, non tantum que in Alij-  
cum alienis viris, aut faminis committuntur: sed  
omnino quaslibet, que animam corpore male vici-  
tem perniciose turpiterque corruptunt, possit sine  
crimine & vir exorem dimittere, & exor virum.  
Vbi aperte per quocumque crimen con-  
cedi diuortium. Accedit D. Hieronymi autho-  
ritas, qui Epist. ad. Amand. & refertur c. Omnes  
cauaciones. 32. q. 7. ibi: Quandiu viris vir, licet  
adulteri sit, licet Sodomia, licet flagitiis omnibus  
cooperitus, & ab exore propter hac sceleris derelicti.  
Eius, mari ut tamen est reputandus eius, scilicet  
tui a terrore virum recipere non licet. Vbi Doctor  
egregius tanquam manifestum videtur supponere,  
posse coningem ob alia flagitia dimitti.  
Sic Orig. ad cap. 19. Mat. Ripa rubr. ob indic. n.  
18. & 19. Tiraquel. lib. 16. connub. num. 5. 7. Bre-  
che. l. Inter diuortium, 19. num. 6. ff. de verbis  
signis. Lara l. si quis à liberis, à numer. 7. 8. ff. de  
liber agnosco. Quos omnes citat Barbo. rubr. s. o.  
luit. matrim. 2. p. n. 17.

**S**ic coniux coniugem ad delinquendum non  
inducat, ob nullum crimen aliud à fornicatione <sup>360</sup>,  
carnali, vel spirituali licet coniugibus dinerte-  
re. Quia id deciditur in Concilio Tolet. XII. c.  
8. & refertur c. Praeceptum. 32. quas. 5. Et constat  
ex capit. 2. de diuor. Ratio est, quod fornicatio  
spiritualis magnum affect secum periculum  
peruertendi alterius coniugis fidem, atque ideo  
dum coniux ille minimè refipiscit, licitum est  
alteri diuertere. Fornicatio autem carnalis di-  
rectè fidei coniugali certitudinique prolis op-  
ponitur: quia quidem in aliis criminibus mini-  
mè reperintur. Vnde quantumvis coniux aliis  
gravissimis peccatis deditus sit, & incorrigibilis  
dummodo coniuge alterius non inducat ad delin-  
quendum, minimè licet diuortium celebrare.  
Ita communiter Doctores. Pro cur etis Sanch. l.  
10. d. 17. n. 3.

**H**oc verius esse credo. Negandum tamen  
non est, si viri iis peccatis sit implicita, licere  
viro causa ipsam corrigendi, ad tempus à con-  
sortio coniugali, recedere quo ipsa eo solatio  
desistit, & refipiscat. Quia est caput, ipsiusque  
est, virorum corripiere. Sic D. Thom. in 4. diff.  
39. question. viric art. 9. & alij. Scio Petrum de  
Ledes. question. 59. art. 6. negare, id esse etiam  
licitum

licitum vxori ad virti iis sceleribus impliciti correctionem; quia mulier est subdita viro, ac proinde ipsius non sit illam corriger. At cum Soto in 4. dif. 39. quæ. vnic. art. 4. ad 4. & Landonico Lopez part. 2. Instrukt. de matrimonio. c. 53. altero, etiamd vxori licere, si commode possit, ac probabilitates speretur, fore vi vir separata. Quia licet ipsi non aded incumbat, virtum corriger, ac e contrario potest vel que, si praefata circumstantia incurant.

D V B I V M C X I I I .

An si coniux pertribat alterum coniugem ad peccandum lehaliter possit ab illo separari?

361 Soc. 100. 1. 1. 1. **N**on potest. Quia cum hac sint iuris possit, & pena, minime sunt extendenda. At e. 2. de diuor. limitate concedi mulieri diuortio, vel quando ad fidei peruerisionem trahitur, ibi verum si comingem suam ad infideliis maleficium traxerit, a viro poterit separari. Et paulo ante, *Mulier pro furo*, vel alio crimine viri sui (nisi fidei sua religionem corrumperet velit) ab eo separari non debet. Et ratio d'paritatis est: Quod cum fides sit totius Christianae vita fundamentum, periculosis in illa erat in reliquo autem non tanti momenti est error, & ideo ob solum periculum deficiendi à fidei diuorum conceditur, negatur vero ob periculum, & in inductionem ad alia crimina, ne detur ansa facile dissolvi matrimonium. Sic Abul. ad cap. 19. Mat. question. 70. in solut. ad 3.

362 Diamat. p. 1. 1. 1. Potest quidem. Quia iure naturali, & diuinitati, no cuique permisum est, periculum corporis, nedum animæ cauere. An non licitum est à leprosi coniugis consortio recedere, quando infectionis periculum coniugi sano imminet? Superius ostendit. Ergo à fortiori abscedere licet, vbi infectionis animi adest periculum. Ita D. Thos. in 4. dif. 39. question. vnic. art. 6. ad 3. D. Bonavent. num. 4. in expos. lit. Sie intelligens Magistrum afferentem ob alia crimina dare diuortio. Richar. ibi in exp. of. 1. t. Ledef. 2. p. 4. qu. 6. t. art. 6. Bellarm. lib. 1. de matrimonio. cap. 14. Henr. lib. 1. cap. 17. numer. 7. S. verb. Diuortio. num. 1. Sanchez lib. 10. dif. 17. numer. 5. plures citans. Basil. lib. 9. cap. 1. num. 2. Hurtad. d. 1. dif. 5. Villalob. tr. 15. dif. 10.

363 Hanc vnic. ampli. etend. eten. iudic. Hanc certissimam iudicabo esse sententiam, & Abulensis doctissimi venia, vnicè amplectendam cui minime obstat. cap. 1. de diuor. vbi solum concedi videtur sic diuertere, quando vir nititur, vera Religione deserta, ad suam haeresim coniugem allicare. Porro textus illæ ea, que regulariter contingunt, attendit regulariter enim ob vii haeretici consortio infiduciam vxori periculum peruerisionis, quam ob alia crimina imminet. Iustam itaque diuortio causam vir ille exhibebit, qui lenocinium cum vxore exercet, qui suam in domum viros procaces, & impudicos inducit, qui vxorem sollicitent eosque solos cum illa relinquit. Et qui vult eam futorum suorum fieri participem,

hortando scilicet, ut eis cooperetur, furtu te-  
gerendo, ac simulando. Et qui cogit vxorem, ut pellicem foueat, & alat, & similia, quæ in anima periculum vergeret videantur.

D V B I V M C X I V .

An liceat viro ob vxoris seuitiam gerere diuortio?

365 Nonnulla. suppono. **C**ertum est, vii seuitiam sufficientem cau-  
timens dederit occasionem c. Literas, de resist.  
spoliat. cap. Ex transmissa, eodem tit. & alibi. At  
non quæ seuitia sufficit, sed debet esse tanta,  
quæ constantem animum vxoris deterrere  
valeat: vel quodd malum, quod ex illa seuitia  
timetur, tale sit, quale ad metum constantis vi-  
ti exigatur. Vnde altero, iustum diuortij cau-  
sam, ratione seuitia, esse molestam admodum  
cohabitationem, discordias, ac iurgia grauia.  
Item causa est iusta, si vir ad collum vxoris  
gladium apposuit, si per venena, per malefici-  
a, aut alio modo parauit insidias, si graniter,  
ac atrociter vxorem percutuerit, sive id gerat  
gladio, vel hasta in capite, facie, seu oculis, aut  
pectore; vel acriter eam, & immoderate exce-  
dendo lenem correctionem viro permisam  
diuverberat. Sic omnes Doctores. Lega San-  
chez lib. 10. dub. 18. à num. 10. Basil. libr. 9. cap.  
vltim. a num. 4. Bonac. quæ. 4. pun. 5. n. 25. Quæ-  
sierim igitur, num liceat etiam viro ob seui-  
tiam vxoris, celebrare diuortio?

366

Minime licet. Quia textus cap. Literas, cap. Minime licet.  
Ex transmissa, & alij. loquuntur expresse de  
viro virum timente. Et quamvis maritus &  
vixor sint correlativa, ac proinde videatur dis-  
positum in vxore, censeri quoque dispositum  
in marito. vnic. cap. de indista viduit. At id  
locum non habet, quando utriusque correlati-  
ui non est eadem ratio. Esse autem diuersam  
hoc in casu manifeste constat. Quia vxor ne-  
quit coercere virum, ipsumque panire, ac potest  
vir ipsam vxorem. Sie Tancre. quem refert, ac  
sequitur Glos. cap. 2. verb. Vel alio, de diuor. & cap. Quemadmodum in fine, de iurevir. Ibi  
Hostiens. ad finem. & Anton.

367 Liter. plaut. Vir cuius vita axor tendit insidias, poterit  
hunc seuitiam ratione gerere diuortio, quan-  
do aliter nequit eam compescere, sibique ad-  
uersus illius insidias confulere. Quia ius natu-  
rale vnicuique concedit facultatem vitandi  
mortis periculum: nec contractus matrimonij  
obligat ad cohabitationem cum tanto vita  
discrimine, præcipue cum id discrimen ex vxo-  
ris culpa proficatur. Quia ratio æque milis-  
tat in vroque coniuge. Ita Sanchez lib. 10. d.  
27. numer. 8. Henr. lib. 11. cap. 17. numer. 7. Ve-  
ract. 3. part. spec. art. 1. Basil. lib. 9. cap. vltim. num.  
8. afferens sic in supremo Regis Catholici Se-  
natus pronunciatum fuisse circa diuortio  
D. Anna Palomeque, & Iannis Moreno. Plus  
rimos Sancius citat Auctores.

368 Eiusdem me-  
riti, cuius vita maritus insidiatur, censendum  
esse Crediderim, cum vir & vxor sint correlati-  
ua, dispositum in textibus allegatis, circa vxo-  
rem, cuius vita maritus insidiatur, censendum  
esse

# 190 Theologie Moralis Lib. XXVI.

esse disponi in viro eisdem vxoris, insidias patienti. Ad hanc eos textus locutos esse de uxore, eo quod frequentior sit viri in uxorem servititia & rard'accidat uxoris in virum. Verba autem posita in legge frequentioris vobis gratia, non limitant egen.

D V B I V M C X V.

*An ob furorem coniugis liceat alteri diuortium celebrare, quamuis non ad sit vita periculum?*

**369** **N**isi instet vita periculum, non licet coniugi a furioso coniuge diuertere. Quia nihil instet vita periculum humanum est, quam fortuitis casibus uxoris maritum, vel uxorem viri esse partipem. *I. si cum dorem. 2. si maritus. 3. si soluo matr.* Unde vbi absque graui vita periculo coniux potest cum furioso coniuge habitare, ei diuortium gerere non licet. Sic Natur. *sum. cap. 2. num. 2.* *S. a. verb. Diuortium, numer. 8. Philiac. de offic. Sacer. 1. part. 2. lib. 2. c. 17. & alij.*

**370** **L**icet non instet vita periculum, sufficit ad diuortium gerendum aliud grauissimum prudenter arbitrio. Quia sine virae periculo potest furor adeo esse intolerabilis, ut sufficientem di-

vortio causam exhibeat. Ita Couar. 4. decret. p. 2. c. 7. 8. 5. v. 4. Ludeu. Lep. p. 2. Instr. de mair. c. 5. 4. Graf. 1. part. decif. lib. 2. c. 8. 4. Petr. de Ledef. q. 6. 1. Henr. I. 1. c. 8. n. 13. Sanch. I. 10. d. 18. n. 18.

Eiusdem sum mentis. Moneo tamen nichil sufficientem esse causam diuortij molestam coabitationem, & ritus. *Quia hæc absque culpa nullaque acci-  
coniugis amentis accidentur, nec graue pericu-  
lum plerumque constitutum similiter credide-  
rin esse instant diuortij causam, si vir sepe in-  
ebrietur cum periculo vite uxoris, vel cum alio  
grani periculo. Idem censeo si è contra uxor sic  
ebritur, ut compesci nequeat a viro. Quoties  
autem id periculum absit, non licet et hoc ra-  
tione diuortium: sicut nec ob alia crimina, que  
in alterius coniugis perniciem minime ver-  
gunt. Unde poterit uxor a viro latrocinitis ad-  
eo nolenteque ab eis abstinere, si prudenter  
timeat, inde sibi aliquod graue incommodum  
obueniuntur ut si timeat, ne tanquam conser-  
tientis, furoris viri, ac receptatrix furorum puni-  
tur: Iecus autem si indi nullum sibi accidere  
possit documentum. Denique adnoto, in nullo  
casu affignatis posse fieri separatio in perpe-  
tuum, nisi periculum in perpetuum duret. Quia  
cum coniux a coabitatione cum altero ob-  
cum periculum excusetur: eo cessante, tenbi-  
tur pristinam inire coabitationem.*

371

*Hanc etiam  
tentiam, non  
nullaque acci-  
tamen.*

*note.*



LIBER